# DE BENEFITIORVM VNIONE TRACTATVS.

# DE BENEFITIORVM VNIONE

EX

*SENTENTIA SAC. ROMANÆ ROTÆ*

## TRACTATVS

IOANNE BAPTISTA TVRRICELLIO PATAVINO

*AVCTORE.*



FERRARIAE, MDCLXXIV.

Ex Typographia Camerali. *Superiorum Permissu.*




Em.mo ac Reu.mo Principi

# NERIO CORSINO
## S. R. E. CARDINALI.

**Io: Baptista Turricellius.**

*E benefitiorum vnione, priusquam in Germaniam proficiscerer, raptim ac festinanter scripta, quò simul cum tractatu de rebus Ecclesiæ non alienandis ederentur, tertium demùm post annum, Princeps Eminentissime, publica fiunt. Id non mea absentia tantùm, sed casibus varijs, & quasi fortunæ aduersantis studio contigit, vt non immeritò miser libellus tot moras apud Typographum passus grauiora discrimina in lucem editus expauesceret. Vt illi animum facerem, sortemque aduersam meliori fato compensarem, firmissimum præsidium quo & liuoris & temporis iniurias eluderet, ei comparaui, perennem scilicet Tui Nominis gloriam, victurumque titulum illius fronti prætendens. Paruæ molis opus pauca complectitur, & quibus aliquid pro absolutione materiæ forsan addi ex Doctoribus potuisset: sed institutum ipsum Rotalibus tantùm resolutionibus inhærendi veniam exorat, nec succisiui temporis labor additionibus vllis vt præcedens tractatus, exornari potuit. Siquid prætera obijciatur, haud curem retundere, modo clientis conatum laudes, qui & rem publicam industria aliqua demereri, & sui in te obsequij, perpetuique offitij monumentum aliquod opusculo hoc ponere studuit. Vale. Ferrariæ. Anno Sal. 1674. Idibus Iunij.*





# INDEX
## CAPITVM TRACTATVS.



Die

*Die 26. Nouembris 1672.*

Videat Ad. R. P. Rector Societatis Iesu, &c. & fidem faciant, &c.

Fr. Io: Michael Bergamaschius à Ferraria Inquisitor Generalis Ferrariæ, &c.

*Die 2. Ianuarij 1673.*

Iussu Reuerendissimi Patris Magistri Io: Michaelis Bergamaschi à Ferraria Inquisitoris Generalis Ferrariæ vidi accurate totum Tractatum de Benefitiorum Vnione, Io: Baptista Turricellio Authore; & nihil in eo reperi vel à fide dissonum, vel bonis moribus contrarium.

Hieronymus Placentia Societatis Iesu, Rector Collegij Ferrarien.


*Stante supradicta attestatione.*
Imprimatur Inquisitor Generalis Ferrariæ.

Pro Eminentissimo, & Reuerendissimo D. Card. Cerro Episcopo Ferrariæ attentius Vidi Tractatum De Vnione Benefitiorum, Authore Io: Baptista Turricellio, quem in omnibus probandum censui, tum propter doctrinę soliditatem, tum propter styli claritatem perspicuum Typis dignum adiudicaui.

Ego Andreas Bertonus Sacræ Th. & I. V. D. Can. Theol. &c.

Imprimatur F. à Balneo V. G.





# DE BENEFITIORVM VNIONE TRACTATVS IO. BAPTISTA TVRRICELLIO AVCTORE.

## Quotuplex sit vnio, & qualiter facta præsumatur.

## CAP. I.

### *SVMMARIVM.*

1 *Vnionum prima diuisio, de qua Gl. in cap. 1. ne sed. vac.*
2 *Vnionum diuisio secunda in perpetuam, & temporalem.*
3 *Vnio perpetua inter species alienationum enumeratur.*
4 *Vnio ad tempus, siue ad vitam de Iure fieri non potest.*
5 *Vnio ad vitam est quædam palliata dispensatio, & fraternitat cum commenda. Differt tamen à dispensatione vt num. 7.*
6 *Vnio temporalis fit ad vtilitatem personæ, vnio perpetua ad vtilitatem Ecclesiæ.*
8 *Titulum non extinguit vnio ad tempus*
9 *Temporalis vnio non facit Prælatum in benefitio vnito.*
10 *Vnionum tertia diuisio in realem, & mixtam.*
11 *Vniri seu incorporari possunt fructus beneficij remanente benefitio penes suum Pectorem.*
12 *Vnio, vbi non constat qualiter sit facta, aquè principaliter facta præsumitur.*
13 *Vnio præsumitur perpetua.*
14 *Vnio præsumitur facta titulo beneficij, & beneficia manualia non sunt beneficia, nec tituli beneficiales.*



1 Nionum diuisio multiplex assignatur, & prima quidem colligitur ex triplici vniendi ratione, quam considerat *Gl. in cap. 1. ne sede vac. & 16. q. p. c. & temporis,* quatenus scilicet, vel duo episcopatus, aut inferiores Ecclesiæ in vnum reducuntur, atquè inuicem vniuntur, ita vt vna fiat ex duabus: vel ita vniuntur, vt vna alteri subijciatur, & ea, cui fit vnio, sit principalis, & superior, vnita verò sit inferior, & accessoria: vel denique vna Ec-

 clesia

clesia alteri æquè principaliter vnitur; cuius *Glos.* distinctionem cõmuniter receptam etiam *Rota* passim admittit, vt apud *Pute. dec. 432. nu. 1. lib. 1. Canaler. dec. 330. nu. eod. & Add. ad decis. 11. de reb. Eccles. non alien. in antiq.*

De effectibus vniuscuiusque speciei dictarum vnionum sigillatim infra dicetur.

Secunda vnionis diuisio ex tempore desumitur, quatenus vnio vel fit in perpetuum, vel ad tempus.

2 Vnio perpetua inter species aliena-
3 tionum enumeratur. *Rot. dec. 318. num. 18. part. 5. recen. & dec. 275. n. 6. par. 10.* sicuti etiam dismembratio. *decis. 1. nu. 1. de rebus Eccles. non alien. in nou. & decis. 119. num. 12. par. 1. recen. & decis. 348. nu. 2. par. 2. & decis. 6. n. 1. & decis. 68. nu. eod. part. 7.*

4 Vnio ad tempus, siue ad vitam de iure fieri non potest. *Mohedan. de Offic. Vicar. decis. 1. nu. 2.*

Ideo videtur quædam palliata dispensatio, sicuti commenda: & vnio tem-
5 poralis, & commenda dicuntur fraternizare inter se *Cassador. decis. 1. nu. 8. de vnion. & decis. 33. nu. 5. super regul. & decis. 5. nu. 17. de priuil. & decis. 3. num. 3. de iudici. Mohedan. de praben. decis. 2. nu. 1. Pute. decis. 240. nu. 2. libr. 1. Canaler. decis. 371. nu. 1. & recen. par. 2. decis. 672. nu. 2.*

6 Vnio temporalis fit ad vtilitatem personæ: vnio perpetua fit ad vtilitatem Ecclesiæ. *Pute. d. decis. 240. num. 1. & 5. libr. 1.*

7 Animaduerte tamen, quod licet vnio ad vitam habeatur pro palliata dispensatione, nihilominùs à dispensatione differt: & ideò obtinens plura beneficia incompatibilia ex dispensatione, si dispensationem ad alia beneficia petat, licet de beneficijs, quæ obtinet ex prima dispensatione mentionem facere teneatur, quia alias secunda dispensatio esset surreptitia, non tamen tenetur mentionem facere de beneficijs, quæ possidet vigore vnionis ad vitam, quia aliud est habere ex dispensatione, aliud ex vnione ad vitam. *Mohedan. de praben. decis. 2. num. 1. & 4. Pute. d. decis. 240 num. 6. & seqq. libr. 1.* vbi etiam quòd vnio ad vitam potest dici perpetua respectu eius, qui obtinuit vniri: vnde sicut de perpetua simpliciter non est facienda expressio, ità neque de vnione ad vitam, cùm idem sit Iudicium de toto quo ad totum, &c. *l. qua de tota.*

8 Item obserua, quod vnio ad tempus titulum non extinguit, sed illum facit interea cessare, & quodammodo dormire, vnde sublato impedimento vnionis idem titulus suscitatur. *Cassador. de vnion. decis. 2. nu 2. & de iudici. decis. 3. nu. 3. Seraph. decis. 1355. num. 10. Coccin. decis. 328. nu. 7.*

9 Et hinc sequitur, quòd vnio temporalis non facit Prælatum in beneficio vnito. *Cassador. de vnion d. decis. 2. n. 6.*

Tertia diuisio elicitur ex *Duran. dec. 314. nu. 7. & seqq.*, vbi quod vnio alia
10 est realis, alia mixta. Realis est, quæ absolutè fit ipsi rei, seu beneficio: mixta verò, quæ fit beneficio cum qualitate personæ, & multo magis si fiat verbis directis non in rem, sed in personam, veluti si dictum fuerit, quòd præbeantur Episcopo, quandiù præsens fuerit duæ præbendæ, seu portiones canonicales: nam tali casu videtur facta vnio non absolutè mensæ Episcopali, sed ad fauorem Episcopi cum qualitate præsentię, seu interessentiæ; vnde mortuo Episcopo dictæ portiones canonicales non debentur successoribus, seu Cameræ Apostolicæ, quæ est suffecta vice, & loco successionis, & prouacationis tempore recipit fructus mensæ Episcopalis, sed accrescunt canonicis præsentibus, & interessentibus, siue ipsi Ecclesiæ, propter defectum qualitatis interessentiæ Episcopi, sub qua facta fuit vnio vt in d. decis. *Durano 314. num. 4. & per tot.*

11 Postremo scias, quòd vniri, seu incorporari possunt fructus beneficij remanente beneficio penes suum Rectorem, quia aliud est habere beneficium, aliud fructus beneficij, vt fuit resolutum

tum in *causa Portalegien. vnionis* 16. *decis.* 1594. & 17. *Febr.* 1595. *coràm Iusto, vt refert Garz. de benef. par.* 12. *cap.* 2. *num* 4. vbi tamen, quòd ista est potiùs dismembratio, quàm vnio.

Ex his ergo apparet, diuersimodè vniri beneficia: at vbi non constat, qua-
12 liter facta sit vnio, æque principaliter facta præsumitur. *Duran. decis.* 331. *n.* 6. & *decis.* 355. *nu.* 1. *Manti. decis* 224. *nu.* 3. *Caualer. decis.* 330. *nu.* 2. *Dunozet. decis.* 640. *nu.* 20. *Emmentissimus Celsus. decis.* 76. *nu.* 7. & *par.* 4. *tom.* 3. *recen. decis.* 642. *num.* 11. & 12. & *in Maceraten. Iurisdictis* 29. *Aprilis* 1596 *coram Gipsio relata per Garz. d. cap.* 2. *n.* 8 & *decis.* 353. *nu.* 10. *par.* 10. *recen. inter impress. Emin. Cels. decis.* 76.

13 Item in dubio præsumitur perpetua. *Caualer. decis.* 385. *nu.* 3.

14 Et præsumitur facta titulo beneficij; ideo si vnitum sit beneficium dignitati amouibili ad nutum Prælati, vnio præsumitur facta ipsi Ecclesiæ, non autem dignitati, quia beneficia manualia non sunt beneficia, nec tituli beneficiales. *Duran. decis.* 303. *nu.* 6.

---

De natura vnionis.

## CAP. II.

### *SVMMARIVM.*

1 *Vnio est contractus stricti Iuris.*

2 *Mandatum ad vniendum Ecclesias non extenditur ad operariam Ecclesia.*

3 *Vnio concessa in euentum vacationis per obitum non capit vacationem per priuationem.*

4 *Vnio est odiosa, & Iuri communi repugnans; ideo non est permissa, nisi propter euidentem Ecclesiarum vtilitatem, aut necessitatem.*

5 *Vnio tanquàm odiosa non præsumitur, sed probanda est per allegantem plenè, & concludenter, vt nu.* 6.

7 *Præsumptiua probatio vnionem non probat, maximè quando agitur de excludenda reseruatione, & vnioni repugnat vltimus status.*

*Declara vt nu.* 8. 9. 10.

11 *Vnio sine præiuditio tertij facta intelligitur.*

12 *Vnio est inualida, si non fiat mentio iuris tertij.*

*Amplia etiàm in vnione facta per Papam, vt nu.* 13.

14 *Ad subreptionem euitandam sufficit, quòd Papa habuerit notitiam in genere Iuris tertij.*

*Declara, vt nu.* 15.

16 *Vnio censetur facta sine præiuditio tertij, vbi ius tertij est compatibile cum vnione, aliàs secùs.*

17 *Præiuditium, quod euenit tertio in consequentiam, & secundario non habetur in consideratione ad effectum, vt vnio dicatur inualida, aut subreptitia.*

18 *Vnio censetur facta sine præiuditio tertij, quando ius tertij est certum, & radicatum, secùs vbi est incertum, & euentuale.*

19 *Vnio Ecclesiæ vnius diœcesis facta Ecclesiæ alterius diœcesis censetur facta sine præiuditio iurium competentium Episcopo, sub cuius diœcesi erat Ecclesia vnita, vnde ad eum spectat collatio beneficiorum, & authorizatio alienationis bonorum d. Ecclesiæ.*

*Declara vt nu.* 20.

21 *Si Ecclesia sæcularis alicui monasterio vniatur, iura Episcopalia remanent illæsa.*

22 *Si Monasterium Iurisdictioni Ordinarij subiectum, Monasterio, aut congregationi exempta vniatur, remanet tamen sub iurisdictione Ordinarij.*

23 *Beneficium vnitum non potest permutari antequam vnio sortiatur effectum,*

24 *Per vnionem beneficij non amittitur ius, quod quis habet percipiendi partem fructuum ex d. beneficio.*

*Declara vt nu.* 25.

PRima Conclusio fit. Vnio
est contractus stricti iu-
ris. *decis.* 2. *nu.* 2. *de re-*
*bus Eccles. non alien. in*
1 *antiq.* Ideo litteræ vnio-
nis sunt Rectè interpretandæ. *Duran.*
*decis.* 92. *nu.* 10. *& recen. par.* 9. *tom.* 2.
*decis.* 337. *nu.* 32.

Et mandatum ad vniendum Eccle-
sias seu beneficia non extenditur ad
2 operariam Ecclesiæ, quæ est quid di-
stinctum ab Ecclesia, & si operaria vnia
tur, vnio nulla erit. *Mohedan. de Offic.*
*Vicar. decis.* 1. *nu.* 1. *&* 2.

3 Sic vnio concessa in euentum vaca-
tionis per obitum non capit vacatio-
nem per priuationem. *Seraph. decis.*
1055. *num.* 5.

4 Secunda Conclusio. Vnio est odiosa,
& iuri communi repugnans: nam ius
commune desiderat, quamlibet Eccle-
siam suum habere Rectorem. *Pute. de-*
*cis.* 204. *num.* 4. *libr.* 2. *Caualer. decis.*
405. *nu.* 2. *Emin. Otthobonus decis.* 179.
*nu.* 2. *Dunozett. decis.* 911. *num.* 2. *&*
*par.* 5. *diuers. decis.* 557. *nu.* 3. *& re-*
*cen. par.* 5. *decis.* 294. *num.* 1. *& par.* 9.
*tom.* 2. *d. decis.* 337. *nu.* 32.

Ideo non est in iure permissa, nisi pro
pter euidentem Ecclesiarum vtilitatem,
aut necessitatem. *d. decis.* 294. *n.* 2. *cum*
*aliis infra alleg. cap.*

Hinc sequitur, vnionem tamquàm
odiosam non præsumi, sed probandam
5 esse per allegantem. *Caualler decis.* 405.
*nu.* 2. *Duran. decis.* 331. *nu.* 5. *& recen.*
*par.* 1. *decis.* 233. *nu.* 5. *& par.* 2. *decis.*
361. *nu.* 2. *& par.* 8. *decis.* 246. *nu.* 4.

6 Et quidem validè, & concludenter,
cum sit quia facti. *Buratt. decis.* 303. *n.*
11. *Pen. decis.* 677. *nu.* 2. *& par.* 3. *libr.*
3. *diuers. d. decis.* 557. *nu.* 6. *Dunozett.*
*d. decis.* 911. *nu.* 2. *& decis.* 388. *n.* 5.

7 Adeo vt præsumptiua probatio non
sufficiat. *Pen. decis.* 704 *n.* 6. *in fi.* Ma-
ximè quando agitur de excludenda re-
seruatione, & vnioni repugnat vltimus
status, qui sit collatiuus. *in Vicen.* pa-
rochialis. 20. *Iunij* 1650. §. *Vnionis co-*
*ram bo. mem. R. P. D. Bichio. impress. in*
*recen. par.* 11. *decis.* 59. *nu.* 8. 9.

8 Declara primo conclusionem proce-
dere, quando agitur de probanda vnio-
ne principaliter, quo casu exactæ pro-
bationes requiruntur. *Seraph. dec.* 1246
*nu.* 2. *Comissol. decis.* 26. *nu.* 11. *Emin.*
*Otthobon. decis.* 179. *nu.* 1. Secùs vbi de
vnione principaliter non agitur, quia
tunc sufficiunt leuiores probationes *Se-*
*raph. d. decis.* 1246. *nu.* 2. *Merlin. de-*
*cis.* 625. *nu.* 9. *& par.* 4. *tom.* 2. *recen.*
*decis.* 485. *num.* 17. *& par.* 7. *decis.* 50.
*num.* 15.

9 Secundo Declara, vt procedat in
vnione tituli extinctiua, non autem in
ea, quæ titulum non extinguit: quia ta-
li vnioni ius non resistit, & ideo admit-
tit leuiores probationes. *decis.* 642. *nu.*
9. *par.* 4. *tom.* 3. *recen.*

10 Tertio Declara vt procedat in peti-
torio, non autem in possessorio, in quo
vnio non est plene iustificanda, sed suf-
ficit exhibere titulum coloratum. *Co-*
*missol. decis.* 1. *nu.* 5. *& seqq. & decis.*
9. *num.* 20.

11 Tertia Conclusio fit De natura vnio-
nis est, vt intelligatur facta sine præiu-
dicio iuris tertij *Andr decis.* 48. *n.* 1.
*&* 7. *Seraph. decis.* 1401 *nu.* 1. *&* 5. *&*
*decis.* 1410. *nu.* 19. *Coccin. decis.* 157.
*nu.* 9. *& par.* 4. *diuers. decis.* 690. *n.* 1.
quæ est inter impress. *Pen. decis.* 1020.
*num.* 4. *& recen. par.* 9. *tom.* 1. *decis.* 5.
*num.* 28.

12 Et ideo si non fiat mentio Iuris ter-
tij, vnio est inualida. *Millin. decis.* 46.
*num* 1.

13 Quod procedit etiam in vnione fa-
cta per Papam, quamuis enim Papa pos-
sit ad libitum vnire quæcunque benefi-
cia, & in istis sit moderator, & arbiter,
vnde vtendo iure suo nemini facit iniu
riam. *Pen. d. decis.* 120. *nu.* 7. Nihilo-
minus non præsumitur voluisse tertio
præiudicare, nisi constet de eius inten-
tione. *Merlin. decis.* 370. *nu.* 2. *&* 3.

14 Et licet ad euitandam subreptio-
nem videatur sufficere, quod Papa ha-
buerit notitiam in genere iuris tertij
iuxta. *Merlin. d. decis.* 370. *nu.* 5. *post*
*Cassa.*

*Cassador. decis.* 1. *de priuil.* vbi quòd sufficit, Papam sciuisse, quòd beneficium ad alicuius collationem spectabat. Attamen hoc est intelligendum in ijs, quæ competunt iure communi, de quibus
15 Papa scientiam habere præsumitur, secùs in ijs, quæ iure speciali, vel priuilegio competunt, de quibus in Papa præsumitur ignorantia non facta eorum mentione. *Millin. d. decis.* 46. *nu.* 2. *&* *nu.* 3. *Andr. decis.* 23. *nu.* 4. vbi quod hoc postremo casu, vel vnio est subreptitia, vel remanet illæsum ius tertij. *Merlin. d. decis.* 370. *nu.* 6.

Et hoc etiam si in supplicatione adsint clausulæ derogatoriæ prægnantissimæ, & in litteris sit apposita clausula, quorum tenores: quia per eam non potest extendi tenor priuilegij cum expressa illius derogatione. *Millin. d. decis.* 46. *nu.* 4.

16 Sed principalem conclusionem, nempe quòd vnio censetur facta sine præiudicio tertij, declara vt procedat, vbi ius tertij est compatibile cum vnione: secus vbi datur incompatibilitas *Andr. d decis.* 23. *nu.* 17. *& seqq. quæ est decis.* 556. *par.* 2. *recen. & decis.* 48. *nu.* 7. *quæ est decis.* 730. *part.* 3. *recen. Seraph. decis.* 1410. *nu.* 20. *&* 21. *Pen. d. decis.* 1020. *nu.* 5. *& seqq. quos sequitur Rota par.* 5. *tom* 2. *recen. decis.* 451. *nu.* 9. *&* 10. *& decis.* 462. *nu.* 4. *& seqq.* in quibus decisionibus in eadem causa emanatis responsum fuit, quod capitulum habens ius percipiendi annatam de beneficijs vacantibus in sua diæcesi non potuit eam prætendere de beneficijs accessoriè vnitis, quæ desinunt esse beneficia, & amplius vacare non possunt; nàm in vnione censetur præseruatum ius tertij, quod est compatibile cum vnione, ità quod vno posito non sequatur negatio, vel exclusio alterius: veluti in vnione beneficij grauati pensione, in qua non extinguitur pensio, quæ solui debet ex fructibus beneficij, quia licèt titulus extinguatur, remanent tamen fructus cum suo onere penes eos in quorum gratiam facta est vnio; item in vnione tituli conseruatiua in qua, cum beneficium conseruetur in suo statu potest conseruari ius in d. beneficio competens tertio, nisi Papa ei voluerit derogare. At ius annatæ est incompatibile cum vnione accessoriè facta, quia impossibile est dari ius annatę in beneficio, quod non est, nec ampliùs vacare debet, quemadmodum accidentia non possunt esse sine subiecto.

Immo tali casu Papa non dicitur pręiudicare, aut facere iniuriam tertio, quia in re sua vtitur iure suo, non animo nocendi alteri, quàmuis ex consequentia alteri noceatur propter incompatibilitatem iuris illius tertij cum vnione: pręiudicium autem quod venit
17 in consequentiam, & secundariò, non habetur in consideratione. *Seraph. d. decis.* 1410. *num.* 23. *Pen. d. decis.* 1020. *n m.* 7.

18 Secundo Principalem conclusionem declara, vt procedat, vbi ius tertij est certum, & radicatum, non autem vbi est incertum, & euentuale, quia tunc non est considerabile, & vnio non est subreptitia, etiam si de eo non fiat mentio. *Andr. d decis.* 23. *nu.* 15. *& decis.* 48. *nu.* 12. *&* 13. *& par* 4. *diuers. decis.* 690. *nu.* 3. quæ est inter impress. *Pen. d. decis.* 1020. *nu.* 14. vbi quod non fuit necessaria in vnione mentio iuris Capituli *Burgen.* percipiendi annatam de omnibus beneficijs vacantibus in sua diæcesi: quia tale ius erat incertum, & euentuale, poterat enim non euenire vlla vacatio, & beneficia dimitti per resignationem, aut permutationem, & sic annata capitulo non deberi.

Quando autem ius non est certum, & radicatum, sed habet se ad esse, & non esse, illius ademptio non dicitur inferre læsionem considerabilem. Secus vbi ius esset certum, & radicatum, prout in *Tamisina Plebis coràm Mellino,* relata *per Andr. d. decis.* 23. *nu.* 4. *& n.* 15. *& in decis.* 48. *nu.* 1. *&* 13. in qua ob non factam mentionem iuris Capituli fuit concessa recompensatio pro iuribus dicti Capituli, quę fuerant læsa ex erectio-

erectione Monasterij in Cathedralem, quia ius Capituli erat certum, & radicatum: siue enim occurreret vacatio per obitum, siue per resignationem, vel permutationem, semper auctoritas Capituli erat necessaria in conferendo, vel consentiendo.

19 Infertur primò ex principali conclusione, quòd si Papa vnierit Ecclesiam vnius diœcesis Ecclesiæ alterius diœcesis, vnio censetur facta sine preiudicio iurium competentium Episcopo, sub cuius diœcesi antea erat Ecclesia vnita, quæ retinet suam primæuam naturam, vnde ad eum spectat collatio beneficiorum in Ecclesia vnita existentium. *Duran. decis.* 14. *nu.* 8. *& seqq. & decis.* 92. *nu.* 7. *& seqq. & par.* 5. *recen. decis.* 41. *num.* 9.

Et auctorizatio alienationis bonorum eiusdem Ecclesiæ. *Duran. d. decis.* 92. *nu.* 9. *in fi.*

20 Sed hæc conclusio videtur cum distinctione accipienda, vel enim agitur de collatione ipsius beneficij, siue Ecclesiæ vnitæ: & quidem si vnio fuit extinctiua tituli, & transfusiua, eueniente casu vacationis collatio spectat ad Diœcesanum, sub cuius iurisdictione existit beneficium, cui fit vnio: si verò vnio non fuit transfusiua, tunc collatio spectat ad Diœcesanum, sub cuius iurisdictione erat beneficium vnitum, quia d. beneficium non mutauit naturam suam, sed remansit sub iurisdictione sui Episcopi, sicut erat ante vnionem. *Rot. diuers. part.* 3. *libr.* 2. *decis.* 15. *nu.* 2. *& per tot.* quæ in hoc sequitur distinctionem. *Zabarell. in cap. quia Monasterium de religios. domibus*, vbi quod nihil iuris deperit Episcopo, in cuius diœcesi sita est Ecclesia, quam Papa vnit Ecclesiæ alterius diœcesis, quando vnio non est transfusiua, & extinctiua tituli.

Vel agitur de collatione beneficij existentis in Ecclesia vnita, & collatio spectat ad Diœcesanum, sub cuius iurisdictione erat Ecclesia vnita: quia per vnionem non fuit præiudicatum ordinario, cum aliud sit disponere de Ecclesia, aliud verò de beneficio in Ecclesia, quod constituit corpus distinctum. *Duran. d. decis.* 14. *nu.* 10. *&* 11. *& dicta decis.* 92. *nu.* 6.

Et hoc etiamsi vnio facta fuerit cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis, quia talis clausula debet intelligi de fructibus, decimis, & similibus annexis, & accessorijs Ecclesiæ vnitæ, non autem de beneficijs in Ecclesia sitis, & omnino ab ea separatis. *Duran. d. decis.* 14. *nu.* 12. *& decis.* 92. *nu.* 4. *&* 5.

Secùs esset, si etiàm beneficium fuisset annexum, & de mensa Ecclesiæ vnitæ, quia tunc per vnionem transiuisset sub proprietatem ecclesiæ alterius diecesis cui facta est vnio, cum omnia bona iura, & actiones competentes ecclesiæ vnitæ transeant sub proprietatem ecclesię cui fit vnio; & proinde si Ecclesia vnita habeat capellas, etiàm illæ transeunt sub proprietate Ecclesiæ principalis iuxta doctrinam. *Butr. in cap. quia Monasterium. nu.* 8. *de religios domibus, quam sequitur Rota coràm Duran. d. decis.* 14. *num.* 13. *& decis.* 92. *nu.* 11. *&* 12.

Et ita intelligenda est *dec. Pute* 443. *libr.* 2. prout declarat, *Duran. d. decis.* 92. *num* 5.

21 Infertur secundo principaliter, quòd facta vnione Ecclesiæ secularis alicui Monasterio iura Episcopalia remanent illæsa. *Andr. d. decis.* 23. repetita *in secunda par. recen. decis.* 659. *nu.* 5.

22 Infertur tertio quod si Monasterium iurisdictioni ordinarij subiectum alteri Monasterio, seu congregationi, quæ habeat amplissima exemptionis priuilegia, vniatur, non ideo censetur exemptum a Iurisdictione ordinarij, quia vnio intelligitur facta sine præiuditio tertij. *Coccin. decis.* 157. *nu.* 9. *& par.* 4. *diuers. decis.* 770. *nu.* 2.

23 Infertur quarto quod beneficium vnitum non potest permutari per possidentem, antequàm vnio sortiatur effectum, quia fieret præiuditium tertio, cuius fauore fuit vnio. *decis.* 3. *num.* 1. *de rerum permutat. in antiq.*

24 In-

24 Infertur quinto, quòd, si quis habeat ius percipiendi partem fructuum de aliquo beneficio, ius suum retineat, etiàm si tale beneficium vnitum fuerit. *dec. vnic. nu. 3. vers. in contrarium facit. de sepultur. in antiq.* vbi quod habentes ius exigendi mediam partem funeralium de ijs, qui sepeliuntur in Ecclesijs Parochialibus iure suo non priuantur per vnionem aliquarum Parochialium facta collegio. Congruit *dec. 462. nu. 7. dec. 451. nu. eod. par. 5. tom. 2. recen. quæ est inter impress. Merlin. dec. 154.*

Quod eo magis procedit, si vnio facta fuerit cum præseruatione onerum consuetorum: quia tunc ius tertij censetur præseruatum, etiàmsi non fuerit expressum. *d. dec. 451. nu. 10. par. 5. tom. 2. recen.*

Vel si accesserit obseruantia *d. dec. 462. nu. 9. par. 5. tom. 2. recen.*

25 Declara tamen prædicta, vt procedant, stante compatibilitate cum vnione iuxta distinctionem superiùs positam: veluti si Capitulum haberet ius percipiendi decimas ex præstimonijs, quæ alicui Monasterio vnita fuerint; non enim est incompatibile, vt ex fructibus præstimoniorũ etiàm post vnionem decimæ persoluantur, vt in casu *dd. dec. 451. & 462. par. 5. tom. 2 recen.* Vel si pensio soluatur ex beneficio, quia licet titulus per vnionem extinguatur, remanet fructus cum suo onere penes eos, in quorum gratiam facta fuit vnio, vt apud *Seraph. d. dec. 1410. num. 20.* Vel si Ecclesia Parochialis soluat partem funeralium, vt in *d. dec. vnic. de sepultur. in antiq.* Quia cum per vnionem non amittat funeralia, eodem onere grauata remanet erga tertium prout ante vnionem.

Secùs si daretur incompatibilitas cum vnione, prout in casu *dec. 690. nu. 1. par. 4. diuers. & dec. 659. par. 2. recen. & dec. 730. par. 3. & d. dec. 451. nu. 9. par. 5. tom. 2.* cum alijs supra allegatis. *num.*

## De vnione, per quam ex duobus beneficijs fit vnum: item de vnione æquè principaliter facta, & de effectibus huiusmodi vnionum.

### CAP. III.

### SVMMARIVM.

1 *Vnio duarum Ecclesiarum ità facta, vt vna Ecclesia fiat ex duabus, est parum vsitata, atque operatur, vt duæ Ecclesiæ efficiant vnum corpus. nu. 2.*

*Adeo vt si ambæ sint capitulares, consensus maioris partis omnium simul Canonicorum vtrisque Ecclesiæ sufficiat in actibus expediendis tamquam vnius corporis. nu. 3.*

*Item operatur, vt beneficia, quæ sunt vnius Ecclesiæ, censeantur esse, & alterius. Ideo si resignans expresserit vnam ex Ecclesijs vnitis, resignatarius capere poterit etiam beneficium, in alia Ecclesia vnita consistens. n. 4.*

*Item operatur, vt Ecclesiæ vnitæ communicetur iura quæcumque competentia Ecclesiæ, cui fit vnio. nu. 5.*

*Item vt contractus, & negocia communæ interresse duorum Capitulorũ concernentia ab vtroque Capitulo simul, & coniunctim tractari debeant. n. 6.*

*Nec talis vnio effectuata per actus simultaneos ab vtroque Capitulo gestos potest immutari per actus separatim factos à solis Canonicis vnius Capituli, dum non probatur animus inducendi nouam obseruantiam in illius præiudicium. nu. 7.*

8 *Vnio æquè principaliter facta tituli non extinctiua, seù non transfusiua dicitur.*

9 *Vnionis æquè principaliter factæ effectus est, vt beneficium vnitum retineat easdem qualitates, & prærogatiuas, quas priùs obtinebat: Item vt duæ Ecclesiæ intelligantur vnita respectu Prælati, seu Rectoris, quasi duæ Ec-*

*Ecclesia sub regimine vnius; caterum vnaquaquè Ecclesia remanet in suo statu, & dignitate, & habet propria statuta, & priuilegia. nu. 10.*

11 *Episcopatus duo si aquè principaliter vniti fuerint Episcopus residendo in vno potest explere negotia vtriusq; & in vno tantum Vicarium generalem constituere, ad quem subditi vtriusque Diacesis accedere debeant. nu. 12.*

13 *Si Hospitale, & Ecclesia sint principaliter annexa, Hospitale non veniet nomine Ecclesia, seu beneficij.*

14 *Et si prastimonium sit principaliter annexum Canonicatui, pensio reseruata super canonicatu non debetur ex prastimonio, nisi de eo sit facta expressa mentio. Et in gratia debet fieri expressa mentio beneficij principaliter annexi.*

15 *Vnio debet exhiberi ad effectum, vt videatur, an sit accessoriè, siue aquè principaliter facta.*

16 *Vnionis littera si exhibeantur, in quibus adsit clausula, perpetuo vnimus, annectimus, & incorporamus, censetur vnio accessoriè facta.*

17 *Vniones litteris non exhibitis ex quibus coniecturis dignosci possit, an Ecclesia sit principaliter vnita, an secùs.*



His de Vnione generaliter præmissis, nunc reassumendo tres vnionis species, siue vniendi modos à principio relatos de singulis dicendum est.

1 Primam ergo vnionis speciem esse diximus, cum duo beneficia, siue Ecclesiæ ita vniuntur, vt vna Ecclesia fiat ex duabus, qui vniendi modus parum frequens est, vt testatur *Garz. de benef. par. 12. cap. 2. nu. 7.*

2 Et huiusmodi vnio operatur, vt duæ Ecclesiæ efficiantur vnum corpus, adeo vt si ambæ sint Capitulares, consensus maioris partis omnium simul Canonicorum duarum Ecclesiarum vnitarum tamquàm vnius corporis sufficiat in actibus expediendis, nec requiratur consensus maioris partis vtriusque Ca-
3 pituli, cum dicta Capitula non considerentur vti separata. *Cæsar de Graff. decis. 1. num. 3. de ys, qua fiunt à maio. part. capit.*

4 Item operatur, vt beneficia vnius Ecclesiæ censeantur esse, & alterius inuicem vnitæ, cùm titulus sit indiuisibilis; ideo si resignans expresserit vnam ex Ecclesijs vnitis, resignatarius capere poterit etiam beneficium in alia Ecclesia inuicem vnita consistens. *Pute. dec. 432. nu. 2. & 3. libr. 1.*

5 Et ex eo quod ex duabus Ecclesijs vnicum corpus constituitur, & ex duobus Capitulis vnum Capitulum, sequitur etiam, quod Ecclesiæ vnitæ communicentur iura quæcumque, honores, & priuilegia competentia Ecclesiæ, cui fit vnio: vnde si collegiata vniatur Cathedrali per primam vnionis speciem, omnia iura Cathedrali competentia communicantur collegiatæ. *decis. 37. nu. 2. part. 10. & decis. 156. num. 6. par. 11. recent.*

6 Item sequitur, vt electiones, contractus, negotia, & alia omnia commune interesse duorum Capitulorum vt supra vnitorum concernentia ab vtroque Capitulo simul, & coniunctim tractari debeant *d. decis. 37. nu. 4. & per tot. & decis. 361. num. 11. ead. par. 10.* vbi quod ex natura huiusmodi vnionis solùm negocia vniuersalia, non autem particularia, & priuatim pertinentia ad quamlibet Ecclesiam communicantur.

7 Nec talis vnio effectuata per actus simultaneos ab vtroque Capitulo gestos immutari potest per actus separatim factos à solis Canonicis vnius Capituli, dùm non probatur animus inducendi nouam obseruantiam in præiuditium alterius Capituli: sed per tales actus, tamquam per Consortes factos, censetur præseruatum ius alterius Capituli, maximè si ex post actus simultaneos exercuere. *d. decis. 37. num. 12. & seqq. par. 10.*

Alteram vnionis speciem diximus, cùm vna Ecclesia æquè principaliter alte-

alteri vnitur; & huiusmodi vnio tituli non extinctiua dicitur, item non transfusiua, quia non transfunditur benefi-
8 cium vnitum, nec illud incorporat cum eo, cui vnitur, prout de vnione accessoriè facta infra dicetur. *Rot. diuers. par. 3. lib. 2. dec. 15. num. 2. vers. fuit dictum. & par. 4. tom. 3. recen. dec. 642. nu. 8.*

Huius vnionis effectus est, vt bene-
9 ficium taliter vnitum retineat titulum, & easdem qualitates, & prærogatiuas, quas priùs obtinebat: etenim vnio huiusmodi titulum non extinguit, nec alterat statum Ecclesiæ vnitæ. *Duran. dec. 355. nu. 1. Andr. dec. 23. nu. 17. & d. dec. 642. nu. 8. par. 4. tom. 3. rec.*

10 Vnde si duæ Cathedrales, vel inferiores Ecclesiæ æquè principalitèr vniantur, intelliguntur vnitæ respectu Prælati, seù Rectoris, quasi duæ Ecclesiæ sub regimine vnius: nam quoad Episcopum reputatur vna tantùm Diæcesis, prout si constituatur legatus duarum prouinciarum, quoad ipsum censetur vna prouincia exemplo Præsidis, sub quo duæ Prouinciæ vniuntur Cæterum vnaquæque Ecclesia remanet in suo statu, dignitate, & præeminentia, & habet propria statuta, & priuilegia *Canaler. dec. 330. nu. 1. & 2. & dec. 418. nu. 3. Dunozet. dec. 651. n. 30. & dec. 640. nu. 19. & par. 4. tom. 3. recen. dec. 537. nu. 8. & d. dec. 642. nu. eod. cum alleg. per Garz. de benef. par. 12. d. cap. 2. n. 37.*

11 Hinc si duo Episcopatus vniti fuerint æquè principalitèr, Episcopus residendo in vno Episcopatu potest explere negotia vtriusque: & similiter in vno tantùm Vicarium generalem constituere, ad quem subditi vtriusquè Diæcesis
12 accedere debeant, quia scilicet quoad Episcopum reputatur vna tantum Diæcesis *Canaler. d. dec. 418. nu. 2. & 3. & par. 4. tom. 3. recen. dec. 537. nu. 7.*

Hinc etiàm sequitur, quod si Hospi-
13 tale, & Ecclesia sint principalitèr annexa, ita vt neutrum alteri accedat, hospitale non veniet nomine Ecclesiæ, seu beneficij *dec. 500. n. 10. par. 4. tom. 2. recen.* & proinde non cadit sub litteris impetratis ad beneficia, & habebit locum *Clem. per litteras de elect. in 6. Rot diuers. par. 2. dec. 114. nu. 8. & 9.*

14 Prout in simili, si præstimonium sit principaliter annexum Canonicatui, pensio reseruata super Canonicatu non debebitur ex præstimonio, nisi de eo sit facta expressa mentio: quia per huiusmodi vnionem non fuit mutatus rei status, nec præstimonium incorporatum Canonicatui, vt nomine Canonicatus comprehendi posset. *Manti. dec. 224. à nu. 2. per tot.* & si impetretur benefitium, cui aliud benefitium fuit æquè principaliter annexum, gratia non suffragatur impetranti, quoad dictum benefitium æquè principalitèr vnitum, nisi de eo fiat expressa mentio in literis, quià dicuntur beneficia diuersa. *dec. 353. n. 11. par. 10. rec.*

Cæterum vt firmari possit, an vnio sit
15 principalitèr, an verò accessoriè facta, exhiberi debet *dec. 500. nu. 11. par. 4. tom. 2. recen.* Vel est recurrendum ad coniecturas. *Canaler. dec. 330. nu. 2.*

16 Et quidem si exhibeatur, & in literis vnionis adsit clausula perpetuò vnimus, annectimus & incorporamus, censetur vnio accessoriè facta. *in Catharen. pretensæ obedientiæ 23. Maij 1650. §. penult. coràm bo. me. R. P. D. Bichio*, quæ est *dec. 30. nu. 8. par. 11. recen.*

17 Si vero non exhibeatur, plures sunt coniecturæ, ex quib. dignosci potest, an Ecclesia sit principalitervnita, vel secùs

Et prima est, si in prouisionibus Apostolicis narretur vtramquè Ecclesiam vacare, quia Ecclesia accessoriè vnita non vacat. *Canaler. d. dec. 330. nu. 3. & dec. 114. nu. 5. par. 2. diuers. & d. dec. 642. nu. 11. par. 4. tom. 3. recen.*

Secunda est, si in prouisione fiat mentio vtriusque; nam si vnio accessoriè facta esset, de Ecclesia principali solumodo mentio fieret, quia de Ecclesia accessoria tamquàm de pedissequa non curatur, nec de ea expedit facere mentionem. *Canaler. d. dec. 330. nu. 4. Manti. dec. 224. in princ. & nu. 3. & dec. 46. de rescript. in antiq. & dec. 114. nu. 5.*

*par. 2. diuers.*

Notandum tamen, quod potest fieri mentio vtriusquè beneficij, ita vt vnum ab alio denominetur, & tali casu vnio censetur accessoriè facta, quia quod denominationem sumit, accessorium est, & prædium eius, quod principalitèr nominatur vt *in d. dec. 114. nu. 6. par. 2. diuers.* vbi quod si dicitur Hospitale Plebis, Plebs principalitèr nominatur: si verò dicitur Ecclesia talis hospitalis, tunc censetur Ecclesia accessoriè annexa hospitali, & non e conuerso.

Tertia est coniectura, si vtriusque Ecclesiæ seorsim, & separatim fuerit capta possessio; si enim vnio fuisset accessoriè facta satis fuisset capere possessionem Ecclesiæ principalis, quia censetur capta possessio etiam omnium annexorum. *Cavaler. d. dec. 330. num. 6.* per ea, quæ habentur *in dec. 19. nu. 7. & par. 2. diuers. & Buratt. dec. 857. n. 2.*

Quarta est coniectura, si Episcopi pro tempore aliquando se subscripserint, & intitulauerint Episcopos vnius Ecclesiæ, aliquando alterius, & aliquando vtriusque simul. *Cavaler d. dec. 330. nu. 6.*

## De vnione accessoriè facta atq; eius effectu.

## CAP. IV.

### SVMMARIVM.

1 *Per vnionem accessoriè factam vna Ecclesia alteri subijcitur, & hac vnio transfusiua appellatur, & per incorporationem, & tituli extinctiua.*

2 *Vnio accessoriè facta vsu frequentior cæteris vniendi modis.*

3 *Vnio accessoriè facta videtur donatio, & inter species perpetuarum alienationum enumeratur.*

4 *Vnionis accessoriè factæ effectus est, vt beneficium vnitum amittat nomen, & titulum, & efficiatur pars, & prædium beneficij, cui vnitur.*

5 *Et de tali vnione iudicatur, vt de incremento per alluuionem contingente.*

6 *Beneficij natura, seu qualitas non immutatur ex incorporatione per vnionem accessoriè factam contingente, nisi fuerit expressum.*

7 *Vnio censetur facta quoad temporalia, ideo beneficia vnita debent in suo statu conseruari.*

8 *Præstimonium, quod seruitio alicuius Ecclesiæ erat obligatum, si alteri Ecclesiæ vniatur, præstimoniarius tenetur ad idem seruitium.*

9 *Beneficium perpetuum non desinit esse tale propter vnionem.*

10 *Fructus beneficij vniti, & eius cui facta est vnio, percipiuntur tamquàm ex vnico beneficio.*

11 *Fructus omnes, & emolumenta beneficij vniti, atque ita omnia iura tàm corporalia, quàm spiritualia transeunt ad beneficium, cui fit vnio.*

12 *Si fructus omnes ex beneficio, quod vnitum prætenditur, non soluantur, subiectio potiùs, quàm incorporatio arguitur.*

13 *Onus beneficij vniti non transit ad beneficium, cui fit vnio.*
*Declara, & limita vt. nu. 14. & 15.*

16 *Beneficium vnitum gaudet priuilegijs eius, cui est vnitum.*

17 *Exemptione, qua gaudet Ecclesia, cui facta est vnio, gaudet etiam beneficium vnitum.*

18 *Beneficium quando petitur vt vnitum, causa censetur profana. Declara vt nu. 22.*

19 *Beneficia vnita tamquàm prædia transeunt in temporalitatem.*

20 *Beneficium vnitum possidetur non vti titulus, sed vti prædium tituli.*

21 *Causa beneficiales ex tantum censentur, quæ sunt super titulo beneficij.*

23 *Beneficium vnitum non comprehenditur sub regula de triennali possessore.*

24 *Beneficium vnitum possidens, an possit se tueri regula de annali aduersus eum, qui illud impetrauit in titulum: & quid si possideat vigore tituli inualidi*

25 *Vnio*

25 *Vnio non est subreptitia, licet non sit facta mentio beneficij eidem Ecclesiæ antea vniti.*

26 Constitutio Pij V. de publicandis *non habet locum in vnione, licèt per viam cessionis ea facta fuerit.*

27 *Beneficium vnitum non vacat, etiamsi vacet Ecclesia principalis.*

28 *Vacatio vnioni repugnat.*

29 *Beneficium vnitum conferri non potest, & status collatiuus repugnat vnioni.*

30 *Beneficium vnitum impetrari non potest, nec cadere sub resseruatione.*

*Amplia vt. nu.* 31.

32 *Vnione ad vitam dissoluta, beneficium vacat eadem vacatione, qua priùs vacabat.*

33 *Reseruatio sicuti non expirat per Commendam, ita neque per vnionem temporalem.*

34 *Vnio ad vitam reseruationem inducit propter appositionem manus Papæ.*

*Amplia, siue vnio temporalis facta fuerit de beneficio vacante, seu de beneficio pleno. nu.* 35.

36 *Possessione Ecclesiæ principalis capta censetur capta possessio etiam Ecclesiæ vnitæ.*

37 *Per vnionem, sicuti tollitur in futurum vacatio, ita tollitur ius, quod ex vacatione competit.*

*Declara vt. nu.* 38.

39 *Beneficium vnitum non habet Rectorem, sed Prælatus Ecclesiæ, cui fit vnio, est etiam Prælatus Ecclesiæ vnitæ.*

40 *Cura Ecclesiæ vnitæ remanet habitu panes Rectorem Ecclesiæ principalis, licet exercitium dictæ Curæ sit panes Vicarium.*

41 *Cura totalis, hoc est tàm actualis, quàm habitualis, si in vnione reseruetur Vicario, id repugnat naturæ vnionis.*

42 *Cura etiam habitualis potest esse panes Vicarium.*

*Et an sit panes Vicarium, vel Rectorem colligitur ex perceptione fructuum. nu.* 43.

44 *Status beneficij facto Rectoris mutari nequit, nec dissolui vnio, per quam Cura habitualis fuerat Prælato præseruata.*

45 *Rector Ecclesiæ, cui est vnitum beneficium, non potest per se exercere Curam beneficij vniti, sed debet in eo habere Vicarium.*

46 *Vicarius Parochialis vnitæ debet esse perpetuus, siue vnio fiat Monasterio, siue alteri beneficio sæculari. Declara vt nu.* 47.

*Amplia vt* 48. & 49.

50 *Si beneficium simplex vnitum in eo deputari solet Vicarius ad nutum amouibilis.*

51 *In beneficio mensæ Episcopali, siue Abbatiali vnito Vicarius amouibilis pariter deputari potest.*

*Amplia, & declara vt nu.* 52.

53 *Vicarius Ecclesiæ vnitæ deputandus est, & instituendus ad nominationem Prælati Ecclesiæ, cui facta est vnio, sine alio concursu.*

*Amplia etiam si agatur de Parochiali. num.* 54.

*Et etiam si intret mensis reseruatio. num.* 55.

*Et etiam si vnio facta fuerit Monasterio, siue Ecclesiæ sæculari. nu.* 57.

*Et siue Vicarius sit perpetuus, siue amouibilis. num.* 58.

*Declara vt num.* 59.

56 *Parochialis Ecclesia si prævio concursu collata fuerit, argumentum est, quòd non sit vnita, sed in statu collatiuo.*

60 *Vicarius non potest agere ad decimas, sed tantum ad congruam portionem.*

61 *Vicarij ob mortem beneficium vnitum, & de mensa non dicitur vacare.*

62 *Vicarius etiam plus congrua habere potest in casibus, de quibus ibi, & n.* 63.

1 TErtia vnionis species, de qua in prima diuisione dictum fuit, est vnio accessoriè facta, per quam vna Ecclesia alteri subijcitur, ita vt ea, cui fit vnio, sit principalis, & superior, ea verò, quæ vnitur, sit inferior, & accessoria, & hæc vnio transfusiua appellatur. *decis.* 15. *nu.* 2. *par.* 3. *lib.* 2. *diuers.* quia scilicet beneficium vnitum transfunditur, & incorporatur in

in illud, cui vnitur iuxta. *Merlin. decis. 122. nu. 1.* Vnde etiam vnio per incorporationem dicitur apud *Manti. decis. 224. nu. 3. & in d. Catharen. pretensa obedientia 23. Maij 1650. §. pen. coràm bo. mem. R. P. D. Bicchio. inter impress. recen. part. 11. decis. 30.* Et quia titulum extinguit, vt in *decis. 11. nu. 1. de Rebus Eccles. non alien. in antiq.* tituli extinctiua nuncupatur apud *Buratt. decis. 857 num. 1. & par. 4. tom. 3. recen. decis. 642. nu. 7.*

2 Quoniam verò hic vniendi modus frequentiùs occurrit, ideo fusius de eo agendum videtur, particulatiter examinando, quid sit huiusmodi vnio, quid operetur, ad quæ beneficia extendatur, per quas personas fieri possit, quid pro eius validitate requirat, de quibus in Capitulis sequentibus.

3 Itaque ad primum accedendo, vnio accessoriè facta videtur donatio. ita in *decis. 2. nu. 2. de Rebus Eccles. non alien. in antiq. & decis. 614. n. 6. part. 4. tom. 3. recen.* vbi quod vnio nihil aliud est quàm suppressio, & donatio, ex qua beneficium vnitum efficitur prædium, & alteri applicatur.

Atquè eadem inter species perpetuarum alienationum enumeratur in *decis. 1. nu. 2. & decis. 2. nu. 3 de rebus eccles. non alien. in antiquior. & decis. 318. nu. 18. par. 5. recen.*

4 Veniendo ad secundum, videlicet quid talis vnio operetur, dico illius effectum esse, vt beneficium vnitum ammittat nomen, & titulum, & efficiatur pars, & prædium beneficij, cui vnitur, & in illius Dominium transeat *Seraph. decis. 645. nu. 2. Duran. decis. 303. nu. 3. Caualer. decis. 330. nu. 5. Coccin. decis. 328. nu. 7. Merlin. decis. 37. nu. 1. Emin. Ottbob. decis. 44. nu. 11. Add. ad Gregor. decis. 112. nu. 5. & de rebus eccles. non alien. decis. 11. nu. 1. & 2. in antiq.* vbi etiam quod sicut separatio facit duo, ita vnio vnum: *& decis. 133. nu. 16 par. 2. diuers. & decis. 199. n 5. & decis. 710. nu. 2. part. 2. recen. & decis. 352. nu. 7. part. 4. & decis. 330. nu. 23. part. 9. & d. decis. 30. num. 5. & 9. part. 11.*

Nàm Ecclesia, seù beneficium vnitum suppressum remanet, & dicitur extingui, & desijsse, & totum transfunditur conuertitur, & coalet in ius, & naturam eius, cui vnitur. *Seraph. decision. 1009. n. 4. Pen. decis. 1020. nu. 2. Merlin. decis. 37. & decis. 122. nn. 1. & d. decis. 199. nu. 5. part. 2. recen. & decis. 445. nu. 1. & 5. part. 5. tom. 2. & part. 9. tom. 2. decis. 433. nu. 31.*

5 Et de tali vnione accessoriè facta iudicatur, vt de incremento per alluuionem contingente. *in d. decis. 30. nu. 6. part. 11. recen.* cui congruit *d. Merlin. decis. 37. nu. 1.*

6 Cæterum ex d. incorporatione status, & natura, seu qualitas beneficij non immutatur, nisi fuerit expressum. *Pen. decis. 823. nu. 13. in fi. Duran. decis. 98. nu. 8.* Et ratio videtur colligi ex
7 *decis. 758. n. 1. par. 1. diuers.* vbi quod beneficia vnita debent in suo statu conseruari, quia facta est vnio quoad temporalia.

8 Hinc si præstimonium ad aliquod Ecclesiæ seruitium erat obligatum, & fuit vnitum alteri Ecclesiæ, præstimoniarius tenetur ad idem seruitium: quia per vnionem non alteratur status Ecclesiæ, sed debet in ea more solito deseruire. *decis. 133. n. 15. part. 2 diuers.*

9 Et si beneficium erat perpetuum, non desinit esse propter vnionem: quia possunt simul stare, quod sit incorporatum, & effectum Grangia alterius, & quod regatur per Vicarium perpetuum. *Bellamer. decis 701. num. 3 versic. stat ergo. Pen. d. decis. 823. nu. 13.*

Nec repugnat *decis. Gregor. 27 num. 4.* vbi quod non potest dici de mensa Ecclesiæ beneficium habens Rectorem perpetuum: quia decisio *Pen.* loquitur de beneficio habente Vicarium. Decisio autem *Gregorij* de beneficio habente Rectorem perpetuum, & qui fructus beneficij percipiebar, quod repugnat naturæ beneficij vniti, nam vnitum beneficium non habet Rectorem, sed Vi-

carium,

cariorum, & Vicarius non habet nisi certam quotam pro sua sustentatione, quam recipit de manu alterius, vt infra dicetur, & habetur etiam in *d. Gregor. decis. 77. nu. 5. versic. Quia si esset, &c.*

Sed quæro quid ex dicta incorporatione, & transfusione beneficij vniti in beneficium, cui vnitur, inferri possit?

10 Et quidem infertur primo, quòd fructus beneficij vniti, & eius, cui facta est vnio, percipiuntur tamquàm ex vnico beneficio. *Merlin. decis.* 112. *nu.* 1.

11 Infertur secundo, quòd omnes fructus, & emolumenta beneficij vniti transeunt ad beneficium, cui fit vnio, & ita omnia iura tàm corporalia, quàm spiritualia. *Seraph. decis.* 1009. *nu.* 4. *Verall. decis.* 349. *part.* 3. *Gregor. decis.* 304. *nu.* 1. *Merlin. decis.* 817. *nu.* 2. *& part.* 1. *diuers. decis.* 758. *nu.* 4. *&* 6. *& recen. part.* 2. *decis.* 710. *nu.* 2. *in fi. & part.* 5. *decis.* 206. *num.* 2. *& part.* 10. *decis.* 31. *nu.* 17. *& part.* 11. *decis.* 102. *nu.* 5. *& decis.* 314. *nu.* 1.

12 Adeo vt si ex beneficio, quod vnitum prætenditur, non omnes fructus soluantur, sed tantùm quid modicum, ex tali solutione argumentum deducitur contra vnionem, quia potiùs subiectio arguitur, quàm incorporatio. *Gregor. d. decis.* 77. *nu.* 5. *& ibi Add. num.* 10. *& decis.* 112. *nu.* 4. *& part.* 2. *recen. decis.* 710. *num.* 3. *in fi. & par.* 6. *decis.* 282. *nu.* 15. Quod intellige iuxta infra *not. cap.* 11. *nu.*

13 Onus tamen beneficij vniti non transit in beneficium, cui fit vnio, quod ex vnione pinguius, & ditius efficitur, ad noua autem onera non obligatur, quibus ante vnionem non erat obnoxium. *Merlin. decis.* 122. *num.* 3. *versic. Nec etiam obstat*, vbi quòd beneficium vnitum habens onus residentiæ non infertur onus residendi ei, cui vnitur, si ante vnionem hoc onus non habeat.

Et licèt Religiosi teneantur subire onera incumbentia ecclesijs sibi vnitis iuxta *Pen. decis.* 1020. *nu.* 20., & ex illorum solutione vnionis signum desumatur, vt in *decis.* 102. *nu.* 4. *part.* 1. *recen.* Non tamen sequitur, quod beneficium, cui fit vnio, ad dd. onera teneatur, sed tenentur Religiosi respectu beneficij vniti, quod possident, & transit ad Monasterium cum suo onere, & cuius bonorum liberam administrationem habent. *decis.* 758. *nu.* 4. *part.* 1. *diuers.* ad quod facit *decis.* 153. *num.* 6. *part.* 4. *diuers.* vbi quod per vnionem non sequitur, quod vna Ecclesia sit obligata ad onera alterius.

14 Sed prædicta procedunt, vbi in vnione alitèr cautum non fuerit, vt exprimitur in *d. decis. Merlin.* 122. *nu.* 3. Quod
15 si in vnione fuerit expressum, vt onus beneficij vniti transeat ad beneficium, cui facta est vnio, vtiquè beneficium principale tenebitur: nàm pacta, & conditiones in limine vnionis appositę seruari debent. *decis.* 6. *n.* 1. *part.* 7. *recen.*

16 Tertio Infertur, quod beneficium vnitum gaudeat priuilegijs eius, cui est
17 vnitum; quare si ecclesia, cui facta est vnio, sit exempta à iurisdictione Episcopi, & Papæ immediatè subiecta, etiam beneficium d. Ecclesiæ vnitum erit exemptum. *Duran. decis.* 203. *n.* 3. *&* 4. *& recen. part.* 11. *decis.* 30. *nu.* 4. *&* 7. quæ loquitur in terminis exemptionis etiam à iure sententiali.

18 Quarto principaliter infertur, quod quando beneficium petitur vti vnitum, causa censetur profana. *Egid. dec.* 616. quem sequitur *Gregor. decis.* 335. *n.* 14. *& decis.* 562. *num.* 2. *& de rebus eccles. non alien. decis.* 2. *num.* 5. *in antiqu.*

19 Etenim beneficia vnita tamquàm prædia transeunt in temporalitatem. *Manti. decis.* 359. *nu.* 1. *& decis.* 2. *num.* 2.
20 *de exce. Prælator. in non.* Et beneficium vnitum possidetur non vti titulus, sed vti prædium tituli. *Verall. dec.* 349. *n.* 2.
21 *part.* 3. Illæ autem causæ tantùm sunt beneficiales, quæ sunt super titulo beneficij idem *Verall. decis.* 99 *n.* 2. *par.* 1.

22 Declara conclusionem illatam procedere, vbi agitur de canonizatione vnionis perpetuæ, & tituli extinctiuæ, quia tunc causa non est beneficialis, sed super membro beneficij; & quadam tem-

temporalitate. *Cassador. decis.* 3. *nu.* 1. *de iudici. Seraph. decis.* 1355. *nu.* 9. *& Caualer. decis.* 472. *num.* 2. Secùs vbi agitur de vnione tituli non extinctiua, cuiusmodi est vnio ad vitam, quæ palliata dispensatio reputatur. *Cassador. de iudici. d. decis.* 3. *nu.* 3.

23 Quinto infertur, beneficium vnitum non comprehendi sub regula de triennali possessore, quoniam regula requirit possessionem, & titulum; possidens verò vnitum beneficium non possidet tamquam titulum, sed tamquam prædium. *Verall. d. decis.* 349. *per tot par.* 3.

24 Et hac eadem ratione videbatur, quòd possidens beneficium vnitum conuentus ab eo, qui illud impetrauit in titulum, non posset se tueri regula de annali aduersus impetrantem, quia regula loquitur de beneficio: beneficium autem, ex quo est vnitum, perdit nomen beneficij. *decis.* 10. *de rebus eccles. non alien. in antiqu.* & transit in temporalitatem. *decis.* 2. *de exce. Præla. in nou.*

Sed Rota *apud Cassador. super regulis decis.* 13. *num.* 2. contrarium resoluit, quia ius metimur ex parte actoris: actor autem in casu præmisso erat is, qui impetrauerat beneficium; vnde cum illud impetrasset in titulum, & tanquàm beneficium de per se, non autem vti membrum alterius, vel alteri annexum, illius assertio attendenda erat, qua stante intrabat regula ad fauorem possessoris.

Limita tamen, si titulus vnionis appareat nullus, quia vnio nulla non potest operari effectum translationis possessionis ad hoc, vt quis iuuetur regula de annali. *Card. Cels. decis.* 282. *n.* 17. vbi quod decretum irritans in concilio adiectum irritat quamcumquam possessionem captam vigore tituli inualidi.

25 Sexto infertur, vnionem Ecclesiæ, cui aliud beneficium fuerat per prius vnitum, non esse subreptitiam, licet non sit facta mentio de beneficio eidem Ecclesiæ antea vnito: quia per suppressionem tituli beneficium antea fuit effectum prædium, ideo de eo non erat facienda mentio. *Pete. decis.* 240. *num.* 4. *libr.* 1. *& decis.* 13. *de rebus eccles. non alien. in antiqu.*

26 Septimo infertur, quòd licet vnio facta fuerit per viam cessionis non habet locum *constitutio P.ij V. de Publican*; quia constitutio loquitur de cessione Iuris ad effectum transferendi titulum in aliam personam, sed, quando fit vnio, non transfertur titulus, cum per vnionem extinguatur beneficium. *decis.* 133. *nu.* 16. *part.* 2. *diuers.*

27 Octauo infertur, beneficium vnitum non vacare, etiamsi vacet ecclesia principalis per mortem sui Rectoris, siue Prælati: quia possessio beneficij vniti, sicut etiam bonorum aliorum remanet penes Ecclesiam vacantem. *decis.* 19.

28 *num.* 8. *part.* 2. *diuers.* Ideo passim respondet Rota repugnare vnioni vacationem vt apud *Seraph. decis.* 1011. *nu.* 1. *& decis.* 1410. *nu.* 21. *Gregor. decis.* 72. *nu.* 2. (quæ habetur repetita *in* 2. *part. recen. in ordine decis.* 71.) *& decis.* 112. *nu.* 3. *vbi Add. nu.* 5. *& decis.* 419. *nu.* 3. *Caualer. decis.* 628. *nu.* 1. *Card. Ottbob. decis.* 44. *nu.* 19. *& decis.* 179. *nu.* 7. *& decis.* 261. *num.* 4. *Card. Cels. decis.* 197. *nu.* 7. *DunoZet. decis.* 525. *n.* 1. *& recen. part.* 2. *decis.* 186. *nu.* 2. *& decis.* 196. *nu. eod. & decis.* 658. *nu.* 3. *& part.* 4. *tom.* 2. *decis.* 90. *n.* 1. *& par.* 9. *decis.* 433. *nu.* 14.

29 Ex hoc autem quod beneficium vnitum non vacat, sequitur etiam conferri non posse. *Gregor. decis.* 77. *nu.* 3. *& decis.* 112. *nu.* 10. (vbi quod status collatiuus repugnat vnioni, & est cum ea incompatibilis, prout habetur etiam apud *Emin. Ottbob. d. decis.* 179. *nu* 4.) *Caualer. decis.* 408 *nu.* 3. *& decis.* 411. *nu.* 1. *Merlin. decis.* 37. *n.* 2. *&* 3. *Add. ad Gregor. d. decis.* 112. *nu.* 5. *& par.* 2. *recen. decis.* 186. *nu.* 2. *& par.* 9. *tom.* 2. *decis.* 374. *n.* 15. *& part* 11. *decis.* 197. *nu.* 8. vbi quod si benefitium collatum fuerit vti vacans, ex hoc excluditur vnio.

30 Neque posse impetrari. *Seraph. decis.* 1078. *nu.* 6. *Caualer. decis.* 373. *n.* 3. *& d.*

*& d. decis. 411. nu. 1. & decis. 12. aliàs 13. vt lite pend. in nouit. Dunozet. d. decis. 525. num. 2.*

Neque cadere sub reseruatione. *Caualer. decis. 345. num. 2. Andr. decis. 2. nu. 2. Emin. Ottbobon. decis. 261. nu. 5. & part. 4. tom. 2. recent. decis. 90. nu. 2. & part. 7. decis. 174. num. 4. Dunozet. loco citato.*

31 Quod procedit, etiam si vnio facta fuerit de beneficio vacatiuo; nàm vbi contingit vacatio post mortem obtinentis, beneficium non censetur reseruatum, cum verè tunc non vacauerit, licet vnio tunc fuerit effectuata. *Seraph. decis. 1011. num. 1.*

32 Sed si beneficium à Papa vnitum esset ad vitam, dissoluta vnione per obitum eius, cuius fauore vnio facta fuerat, beneficium vacaret eadem vacatione, qua priùs vacabat; atquè ita si beneficium vacauerat per resignationem factam in manibus Papæ, qui illud ad tempus vniuit, dissoluta vnione per obitum remanet reseruatio *cap. 2. de preben. in 6.*, siue affectio propter appositionem manus Papæ: ita vt solus Papa poterit prouidere, nec beneficium dicetur vacare per dissolutionem talitèr quòd Ordinarius de eo disponere possit, sed per resignationem, vt priùs. *Cassador. de vnionibus decis. 2. nu. 1. & per tot.* & præcipuè sub *nu. 4.* vbi quod

33 sicut reseruatio non expirat per commendam, ita neque per vnionem temporalem. Vnde tantùm abest, quod

34 vnio ad vitam excludat reseruationem, sicut vnio perpetua, quod immo reseruationem inducit per appositionem manus Papæ: *Crescentius de Paroch. dec. 2. in princ.*

35 Et licet Rota aliàs distinxerit, an vnio temporalis facta fuerit de beneficio vacante, & non pleno, & tunc Papa non dicatur conferre, sed manum apponere, quæ appositio manus Papæ reseruationem inducit: an verò facta fuerit de beneficio iam collato, & pleno, & tunc vnio potiùs dicatur palliata dispensatio, quæ non inducit reseruationem, vt not. *Crescen. d. dec. 2. in fin. de Paroch.* attamen d. distinctio, vt notatur in fi. eiusdem decisionis, est contra *dec. 4. eiusdem Crescentij de preben.* vbi, quòd commenda Papæ inducit reseruationem, non tantùm quando est de beneficio vacante, sed etiam quando Papa alicui dat facultatem retinendi in commendam beneficium, quod in titulum obtinebat; vnde à *d. dec. Cassador.* non est recedendum.

36 Item ex eo quòd beneficium vnitum non vacat, sequitur, quod capta possessione Ecclesiæ principalis, censeatur etiam capta possessio Ecclesiæ vnitæ. *Buratt. dec. 734. nu. 2. & dec. 857. nu. eodem. Caualer. dec. 330. nu. 6. Dunozet. decis. 806. num. 8.* cum *relatis per Add. ad Gregor. dec. 112. num. 5. & diuers. par. 4. dec. 695. nu. & par. 2. recen. dec. 199. nu. 6. & dec. 658. nu. 2.*

Etenim cum possessio beneficij vniti prout aliorum bonorum non vacet per mortem Prælati, seu Rectoris Ecclesiæ principalis, sed remaneat pænes ipsam Ecclesiam principalem, tamquàm personam fictam, & repræsentatam acquirendo possessionem Ecclesiæ principalis vacantis, acquiritur possessio beneficij vniti, & aliorum bonorum eiusdem Ecclesiæ. *dec. 19. n. 7. & seq. par. 2. diuers.*

37 Item ex eo, quod per vnionem tollitur in futurum vacatio, sequitur tolli etiàm ius, quod ex vacatione competitur. Vnde cum Capitulum Burgien. haberet ius percipiendi vnam annatam cum dimidia omnium beneficiorum vacantium in sua Diœcesi, respondit Rota, quod de beneficijs vnitis nullam annatam prætendere poterat, quoniam annata non debetur, nisi secuta vacatione, quæ in beneficijs vnitis dari non potest. *Seraph. dec. 1410. nu. 21.* quæ fuit confirmata *coràm Pen. in dec. 690. nu. 1. 4. diuers. & coràm Andr. dec. 23. n. 14.* quæ est repetita *in 2 par. recen. decis. 659. & coràm eod. Andr. dec. 48. nu. 9.*

38 Quod tantum est intelligendum in vnione tituli extinctiua, nam si vnio titulum non extinguat, potest ea non obstante

ftante adhuc vacare beneficium, & ideo per huiusmodi vnionem non tollitur Ius, quod ex tali vacatione competere poteſt. *Andr. d. dec. 23. nu. 17. & ſeqq. & dec. 48. nu. 7. & ſeqq.*

39 Infertur nono principaliter, quod beneficium vnitum non habet Rectorem, ſed Prælatus, ſeu Rector Eccleſiæ, cui ſit vnio, eſt etiàm Prælatus Eccleſię vnitæ. *Seraph. dec.* 1009. *num.* 5. *Card. Otthob. dec.* 179. *n.* 11. *& par.* 2. *recen. dec.* 710. *nu.* 2. *& par.* 4. *tom.* 3. *deciſ.* 580. *nu.* 5. *& nu.* 17. *& par.* 5. *tom.* 2. *dec.* 445. *nu.* 2.

40 Ita vt cura habitu remaneat pænes Rectorem Eccleſiæ principalis, licèt exercitium d. Curæ ſit pęnes Vicarium, cum Rector per ſe exercere non poſſit. *Seraph. d. dec.* 1009. *nu.* 5. *Buratt. dec.* 214. *nu.* 3. *Merlin. dec.* 625. *num.* 1. *& dec.* 115. *nu.* 5. *&* 6. quę habetur etiam *par.* 5. *tom.* 2. *rec.* in ordine *dec.* 445. *& in antiqu. dec.* 2. *de officio Vicar. & in nou. de exce. Prælato.* pariter *dec.* 2. *& par.* 2. *recen. dec.* 710. *nu.* 2. *& par.* 4. *dec.* 352. *num.* 7. *& ead. par.* 4. *tom.* 3. *dec.* 580. *nu.* 18.

41 Et ſi totalis cura tàm actualis, quàm habitualis ſit expreſſe in vnione reſeruata Vicario, vel ex eo pręſeruata colligatur, quod Vicarius omnes fructus percipiat certa portione aſſignata Eccleſiæ, cui ſit vnio, hoc repugnat naturę vnionis, & ſapit potiùs diſmembrationem, ſeu diminutionem fructuum, & reddituum. *Gregor. dec.* 112. *nu.* 4. *& recen. par. dec.* 110. *nu.* 3. *& par.* 4. *tom.* 3. *dec.* 180. *nu.* 9.

42 Ex quo nota, etiam habitualem curam eſſe poſſe pęnes Vicarium, & ad dignoſcendum, an pænes eum, vel Rectorem cura habitu reſideat, perceptionem fructuum attendi; nam ſi Vicario omnes fructus aſſignati fuerint cum onere ſoluendi certam quotam Rectori, omnis cura tam actualis, quàm habitualis in Vicarium translata cenſetur *dec.* 579. *nu.* 3. *& dec.* 710. *nu. eod. par.* 2. *recen. & dec.* 580. *nu.* 19. *par.* 4. *tom.* 3. *& dec.* 445. *nu.* 9. *par.* 5. *tom.* 2. quę eſt inter impreſſ.

At ſi Vicario certa portio fructuum tantummodo aſſignata fuerit, habitualis cura pænes Rectorem colligitur reſidere. *Buratt. deciſ.* 214. *nu.* 4. *& ibi Add. litt. B. Caualer. deciſ.* 599. *num.* 3. *Verall. deciſ.* 339. *nu.* 3. *&* 6. *part.* 3. *& recen. par.* 2. *d. deciſ.* 579. *nu.* 3. *& deciſ.* 710. *nu.* 3. *& part.* 4. *deciſ.* 352. *n.* 8. *& part.* 5. *tom.* 2. *d. deciſ.* 445. *nu.* 7. *Merlin. deciſ.* 115. *nu.* 7.

Quod procedit, etiamſi poſtea alitèr conuenerit inter Vicarium, & Rectorem, qui pro bono pacis, & concordiæ reliquerit Vicario omnes fructus ſibi ab initio aſſignatos, & ſibi certam portionem reſeruauerit: tunc enim totalis cura in Vicarium tranſlata non diceretur, quia factum Rectoris non potuit
44 mutare ſtatum beneficij, nec diſſoluere vnionem, per quam cura habitualis fuerat Prælato præſeruata. *d. deciſ.* 580. *n.* 10. *& ſeqq. & n.* 20. *&* 21. *part.* 4. *tom.* 3. *recent. & d. deciſ.* 445. *nu.* 11. *par.* 5. *tom.* 2.

Similiter habitualis cura dicitur reſidere pænes Pręlatum, ſeu Rectorem, cui facta eſt vnio, & actualis tantùm pęnes Vicarium, ſi vnio facta fuit cum omnibus iuribus, & pertinentijs, vel cum facultate nominandi presbiterum ad nutum amouibilem pro exercitio curæ, vel per viam incorporationis, quæ colligitur ex verbo incorporamus, quod efficit, vt vnio dicatur acceſſoriè facta. *Merlin. d. deciſ.* 115. *nu.* 5. 6. *Caualer. dec.* 599. *num.* 2. 3. *& par. prima recen. dec.* 102. *num.* 10. *& par.* 11. *dec.* 305. *nu.* 21. 22. 23.

45 Item notandum, quòd Rector Eccleſię, cui eſt vnitum beneficium, non poteſt per ſe exercere curam beneficij vniti, ſed debet in eo habere Vicarium iuxta *Seraph. d. dec.* 1009. *nu.* 5. *& dec.* 448. *nu.* 12. *par.* 4. *tom.* 2. *recen.*

46 Et Vicarius Parochialis vnitę debet eſſe perpetuus, ſiue vnio fiat Monaſterio, ſiue alteri beneficio ſęculari. *dec.* 758. *num.* 7. *par.* 1. *diuerſ. & dec.* 710. *nu.* 4. *par.* 2. *recen. & dec.* 5. *nu* 2. *&* 3. *par.* 7.

*par.* 7. vbi quod procedit etiam ex dispositione *Sacr. Conc. Trid. sess. 7. cap. 7. de reform.* nisi tamen Ordinario pro bo-
47 no Ecclesiæ regimine alitèr expedire videbitur, *vt in d. cap. 7. & decis.* 305. *nu.* 35 *par.* 11. *recen.*

48 Amplia etiamsi in litteris vnionis fuerit expressum, quod Ecclesia vnita possit deseruiri per Vicarios amouibiles, quia nihilominùs si dd. litteræ fuerint concessæ ante Concilium Tridentinum, debet deputari Vicarius perpetuus, secùs verò si post Concilium. *d. decis.* 5. *num.* 4. *part.* 7. *recen. & decis.* 305. *num.* 36. 37. *par.* 11. vbi etiam quod arbitrium concessum Episcopo reducendi Vicariam temporalem in perpetuam intelligitur de iusto arbitrio, & quod reductio debet fieri ex causa necessaria, & in visitatione, alioquin à tali reductione appellari potest, Congruit. *decis.* 102. *nu.* 10. *versic. apparet enim &c. part.* 1. *recent.* vbi quod Episcopo ex debito sui officij incumbit ex decreto Concilij de amouibili perpetuum fa-
49 cere Vicarium. Similitèr in Ecclesijs collegiatis vnitis, vel quæ sunt ad instar collegiatarum, licet non sint verè collegiatæ, debent deputari Clerici perpetui. *decis.* 758. *n.* 3. *part.* 1. *diuers.*
50 Sed si agatur de beneficio simplici vnito, in eo solet deputari Vicarius ad nutum amouibilis. *decis.* 758. *n.* 2 *par.* 1.
51 *diuers.* Item in beneficijs mensæ Abbatiali, vel Episcopali vnitis ad *Glos. in Clemen.* 1. §. *quidam etiam, verbo ad mensam de exce. Prælatorum* quam sequitur. *Rot. d. decis* 5. *nu.* 7. *par.* 7. *recen. & apud Gregor. decis.* 370. *num.* 6.
52 etiamsi dd. beneficia sint curata, quando tamen pleno iure etiam quoad spiritualia spectant ad Abbatem, seu Episcopum, cuius mensæ sunt vnita, in his enim ponitur Vicarius ad nutum amouibilis, cum cura principaliter, & in capite resideat pænes Abbatem vel Episcopum pleno iure etiam quoad institutionem authorizabilem, *vt in decis.* 2. *nu.* 2. *de excess. Prælato. in nou.* secùs verò quando Ecclesia spectans ad mensam Prælati, vel dignitatem habentis recipit superioris institutionem quoad regimen Ecclesiæ iuxta distinctionem. *Glos. in d. Clem.* 1. quam sequitur *Rot. d. decis.* 5. *nu.* 8. *part.* 7. *recen.*

53 Præterea Vicarius Ecclesiæ vnitæ deputandus est, & instituendus ad nominationem Prælati Ecclesiæ, cui facta est vnio, sine alio concursu, tùm ex dispositione iuris communis. *Cap. de Monac. de præben.* tùm ex Concilio Tridentino. *sess.* 7. *cap.* 13. *de reform.* tùm ex Bulla Pij V. *de Vicarijs Buratt. decis.* 214. *nu.* 1. vbi quod ita sæpiùs censuit *Sac. Concilij Congreg. Idem decis.* 870. *n.* 2. *Duran. decis.* 2. *nu.* 2. *Merlin. decis.* 115. *nu.* 2. *& decis.* 625. *num.* 1. *Card. Otthob. decis.* 159. *nu.* 2. *& part.* 1. *diuers. decis.* 798. *in fi. & recen. par.* 1. *decis.* 102. *nu.* 1. *& par.* 2. *decis.* 579. *nu.* 4. *& par.* 4. *tom.* 3. *decis.* 580. *nu.* 6. *&* 25. *& in Conibricen. præsentationis* 12. *Decembr.* 1650. *coràm R. P. D. Verospio. impress. in par.* 11. *recen. in ordine decis.* 102. *& par.* 11. *decis.* 305. *nu.* 24. *& decis.* 314. *nu.* 1.

Et ratio est, quia ius præsentandi est in fructu, ideo pertinet ad Ecclesiam, cui alterius iura fructus, & emolumenta fuerunt annexa. *d. decis.* 102. *nu.* 1. *& nu.* 15. *part.* 11.

54 Amplia etiamsi agatur de Parochiali, quæ ex Pij Constitutione *de prouiden. Parochialibus*, est per concursum
55 prouidenda, & etiamsi intret mensis reseruatio: quia nihilominùs ad nominationem, seu præsentationem eorum, quorum dignitati, vel Ecclesiæ est vnita, præuio solo examine Ordinarij confertur. *Duran. d. decis.* 2. *nu.* 2. *Caualer. decis.* 595. *nu.* 4. *& part.* 9. *recen. decis.* 330. *nu.* 8. 9.

56 Et si præuio concursu ab examinatoribus synodalibus facto, collata fuerit, argumentum est, dictam Ecclesiam Parochialem non esse vnitam, sed in statu collatiuo. *Card. Otthob. decis.* 179. *nu.* 5. 6.

Sed supposita vnione accessoriè facta, collationes per concursum factæ ad

C nomi-

nominationem Capituli, seu Dignitatis, cui facta fuit vnio, non possunt turbare statum benefitij, aut prǫiudicare iuri quæsito Capitulo, aut Dignitati, & successoribus in ea, quominus in futurum possint vnicum nominare, cui absq; concursu, & cum solo examine collatio fieri debeat: cum tales concursus per errorem facti præsumi possint, & obstet Constitutio Sa: mem: Pij V. efficacissimis clausulis, & decreto irritanti munita, quod inficit omnem titulum, & possessionem in contrarium adductam. *Cavaler. decis. 595. nu 5. & decis. 599. in fi. & recen. par. 4. tom. 3. decis. 580. nu. 24. & seqq. & par. 5. tom. 2 decis. 445. nu. 5. 10 & par. 9. decis. 330. nu. 27. & seqq. & par. 11. decis. 305. n. 30. 31.*

Multò magis, si in instrumento vnionis concessa sit facultas Capitulo nominandi vnum solum, qui prævio examine admittatur, recepta institutione authorizabili, seu collatione ab Episcopo, vel nominandi plures, inter quos fiat concursus, & eligendi digniorem; nam ex non vsu huiusmodi facultatis non potest dici aquisita Episcopo quasi possessio iuris negatiui, ita vt Capitulum non possit vnum nominare, cui extra concursum fiat prouisio cum solo examine Episcopi: quippe in actibus facultatiuis non potest fieri fundamentum ad inducendam aliquam consuetudinem, aut quasi possessionem contrariam, nisi deuentum fuerit ad actum prohibitionis, & contradictionis Episcopi cum subsecuta aquiescentia Capituli. *d. decis. 443. nu 8. 9 par. 5. tom. 2. recen.* vbi plures concordantes cumulantur.

Similiter non præiudicant prouisiones Apostolicæ factæ ex causa resignationis, seu per obitum de persona nominata à Capitulo seu Dignitate, cui benefitium fuit accessoriè vnitum, quia non possunt mutare naturam benefitij, nec alterare illius statum antecedentem, de quo constat ex instrumentis, & obseruantia longissimi temporis, quando Papa bene informatus de priori statu aliud expressè non disposuit. *Seraph. decis. 1301. nu. 2. Coccin. decis. 230 n. 6. Eurats. decis. 926. nu. 9.* & in puncto *decis. 320. nu. 31. 32. par. 9 recen.*

Et hoc, etiamsi benefitium fuerit collatum tamquam vacans, quod repugnare videtur vnioni: nam vacatio largo modo verificatur etiam in benefitijs vnitis, & manualibus, quæ vacare dicuntur per remotionem, & per obitum. *decis. 152 num. 14. 15. 16. part. 10. & decis. 305. nu. 33. par 11, recen.*

57 Item amplia, siue vnio facta fuerit
58 Monasterio, siue Ecclesiæ sæculari, &
siue Vicarius sit perpetuus, siue amouibilis. *decis. 710 nu 4. 5. part. 2. recen.*

59 Nam ex eo, quod Vicarius sit perpetuus, non sequitur, quod omnis cura in ipsum translata censeri debeat, vel quod alteretur status vnionis iam factæ quoad exercitium curæ, & modum prouidendi ad nominationem absque concursu. *Cavaler. decis. 595. num. 3. Merlin. decis. 115. nu. 13. & recen. part. 11. decis. 305. nu. 34.* Confert *decis. 102. nu. 9. part. 1 recen.* vbi quod ad effectum, vt sit locus concursui, non attenditur an Vicarius sit perpetuus, vel ad nutum amouibilis, sed an Vicaria sit taliter annexa, vt cura habitualis resideat penes Rectorem: quo casu non est locus concursui, sed sufficit approbatio Ordinarij, vt Sac. Congregatio pluries declarauit.

Prout ex eo, quod Vicarius sit amouibilis, non sequitur, quod aliter sit prouidendus, ac disponat Piana Constitutio, quæ de Vicarijs perpetuis loquitur. Nam licet Constitutio exprimat Vicarias perpetuas, tamquam eas, in quibus aderat maior dubitandi ratio, comprehendit tamen etiam ad nutum amouibiles, vt ex verbis eiusdem Constitutionis elicitur, & notat. *Rot. in decis. 88. nu. 18. par. 9. recen.*

Declara tamen, conclusionem procedere, si talis sit vnio, quæ impediat concursum, videlicet si nudum curæ exercitium in Vicarium translatum fuit. secus si in eum totalis cura, tam actualis,

quam

quam habitualis transiuerit. *Buratt. decis.* 214. *nu.* 2. vbi quod ita declarauit Sac. Concilij Congregatio: *Merlin. decis.* 115. *nu.* 3. & *d. decis.* 710. *num.* 1. *part.* 2. *recen.* & *part.* 4. *decis.* 352. *nu.* 6. & *ead. par.* 4. *tom.* 3. *decis.* 580. *n.* 19.

Item Declara, conclusionem procedere in ijs omnibus, in quibus Pianam Constitutio per Sa. mem. Gregorium XIII. non fuit correcta iuxta *Caualer d. decis.* 595. *in fin.* vbi quod Gregorius XIII. reuocauit Constitutionem Pij V. quoad parochiales vnitas mendicantibus: & *decis.* 88. *nu.* 19. *part.* 9. *recen.* vbi quod præscripsit certum modum in nominando Vicarium Religiosum amouibilem, Cæterum Pianam Constitutionem ore proprio reualidauit.

60 Postremò notandum, Vicarium agere non posse ad decimas, sed tantùm ad congruam portionem; Vicario enim de iure competit solummodo certa portio pro illius sustentatione. *decis.* 758. *nu.* 5. *part.* 1. *diuers.* Decimæ vero debentur Ecclesiæ, cui beneficium est vnitum, & illius Prælato, pænes quem cura habitu residet. *Crescen. de offic. Vicar. dec. prima nu.* 2. 3. & *decis. prima de decim. Mohedan decis.* 5. *per tot. eod. tit. de decim. Verall. decis.* 339. *n.* 2. & *seqq. par.* 3. *Andr. decis.* 11. *nu.* 3. *Merlin. decis.* 812. *nu.* 2. & pænes quem est possessio, non autem pænes Vicarium. *Verall. d.*
61 *decis.* 339. *nu.* 5. Vnde etiam ob mortem Vicarij beneficium vnitum, & de mensa non dicitur vacare. *Gregor. XV. decis.* 77. *nu.* 2.

62 Vicarius tamen etiam plus congrua habere potest, si Ecclesia cui facta est vnio, id illi concesserit. *decis.* 758. *n.* 4. *in fi. part.* 1. *diuers.*

63 Vel si concessum fuit Vicario pro congrua. *decis. ead. n.* 5. cum infra *not. cap.* 11. *nu.* 66.



## Quæ beneficia vniri possint, & quibus beneficijs.

## CAP. V.

### *SVMMARIVM.*

1 *Vniri possunt non modo beneficia vacantia, sed etiam non vacantia.*
*Declara vt nu.* 2.

3 *Vnio non fit nisi de consensu possidentis beneficium.*
*Declara vt nu.* 4.

5 *Ius in re, an ad rem quæratur obtinenti vnionem factam per cessum, vel decessum, remissiuè.*

6 *Vnio facta de beneficio pleno cedente, vel decedente possessore non sortitur effectum per cessionem factam ad fauorem alterius, sed solum post mortem resignatarij; quod tamen declara vt n.* 16.
*Amplia vt nu.* 7. 8.

9 *Clausula suspensiua quarumcumq; vnionum in resignatione apposita operatur, vt resignatio teneat, etiamsi in supplicatione non fuerit facta mentio vnionis, & etiamsi vnio sit facta consistorialiter, & pro dote. nu.* 10. 11.

12 *Suspensio vnionum est temporalis, & modici præiudicij.*

13 *Suspensio generalis priuilegiorum suspendit etiam priuilegia ex causa onerosa, quando agitur de modico præiuditio.*

14 *Reuocatio vnionum est perpetua, & magni præiuditij, secus suspensio.*

15 *Suspensio intrare potest, vbi non intrat regula reuocatoria vnionum.*

17 *Beneficium quodlibet non potest vniri cuilibet beneficio.*

18 *Beneficia curata non possunt vniri simplici beneficio.*

19 *Beneficia libera collationis beneficio iurispatronatus laicorum vniri non possunt.*

20 *Monasteria Monialium vniri non possunt Monasterijs Monacorum.*

21 *Monasteria Monialium non censentur vnita aut Grangia Monasteriorum*

*Monacorum, licet Monaci eorum curam gerant, & bona administrent.*

22 *Sacularia benefitia sacularibus, & regularia regularibus vniri debent, aliàs vnio non tenet.*

*Declara vt nu. 23.*

24 *Benefitium vnius diacesis benefitio alterius diacesis vniri nequit.*

*Limita vt nu. 25.*

26 *Ordinarij ex dispos. Conc. Trid. vnire possunt benefitia tantummodo cathedralibus, seu parochialibus habentibus tenues reditus.*

*Et d. facultas ordinarijs concessa ab eod. Conc. restringitur ad prabendas existentes in cathedralibus, & Collegiatis insignibus. nu. 27.*

28 *Episcopi non possunt vnire benefitia prabendis seu distributionibus quotidianis nisi seruata forma Concilij.*

29 *Vnio per Episcopos ex dispositione Conc. Trid. fieri non potest massa distributionum, seu mensa Capitulari; sed est facienda singulis prabendis distributiuè*

*Limita vt nu. 30.*

1 VNiri possunt non modo benefitia vacantia, sed etiam non vacantia. *Cassador. de vnion. decis. 2. num. 10.*

2 Declara, vt vniones fieri possint de benefitio pleno, sed absque præiuditio possidentis: vnionis enim effectus suspenditur, donec Rector viuit. *decis. 627. nu. 3. par. 3. recen. & decis. 614. nu. 54. & seqq. par. 4. tom. 3.* cum infra *not. cap. 14. nu. 2.*

3 Hinc habetur apud *Seraph. dec. 1459. nu. 13.* quod non fit vnio nisi de consensu possidentis benefitium.

4 Quod intelligendum est de effectuatione vnionis; etenim Episcopus de consensu Capituli potest vnionem facere etiam non vocato Rectore, quoniam de illius præiuditio non agitur, & ideo licet esset presens, non posset cum effectu contradicere *Add. ad decis. 2. de offit. lega. in nou. & decis. 133. n. 13. par. 2. diuers.* Quidquid sit in dismembratione, & alienatione benefitiorum, prout declarando. *decis. Bellamer. 403. notat. Add. ad d. decis. 1. nu. 5. de offic. lega. in nou.* cui congruunt tradita per *Barbos. ad Conc. Trid. sess. 7. cap. 6. nu. 23. 24. de reform.* vbi refert *ita decisum in vna Mediolanen. coram Orano.* Sed tamen vnio non sortitur effectum, nisi Rector consenserit, & cesserit benefitio. *decis. 352. nu. 4. part. 4. recen. & decis. 565. nu. 3. & seqq. par. 5. tom. 2. recen.* Vel nisi obtinens benefitium decesserit. *Seraph. decis. 1011. nu. 1.* Etiamsi vnio dicatur perfecta statim, ac facta est, cum effectus tantùm protrahatur in tempus vacationis per obitum aut cessum obtinentis. *decis. 565. nu. 5. & seqq. part. 5. to. 2. rec.* vbi de vnione facta cum clausula, dummodo accedat consensus Rectoris, *& decis. 196. num. 12. 13. part. 7.* vbi de vnione facta cum clausula, sine præiuditio possidentis. *Dunozet. decis. 525. nu. 8. & seqq.* vbi quod clausula, sine præiuditio Beneficiati, non suspendit vnionis perfectionem, sed solum protrahit illius executionem in tempus vacationis: & verba, cum per cessum aut decessum benefitium vacauerit, non important conditionem, sed diem; ideo talis vnio non dicitur conditionalis, sed pura, & maximè quando est facta Dignitati, & non personæ.

5 Sed per vnionem factam per cessum vel decessum obtinentis quæratur nè ius in re, an ad rem, vide infra notata. Cap. 13.

6 Nota tamen circa effectuationem vnionis per obitum possidentis, quod si vnio facta sit de benefitio pleno cedente, vel decedente possessore, vel quomodolibet ipsam Ecclesiam dimittente, dicta clausula intelligitur de cessione simplici; non autem de cessione, seu resignatione facta in fauorem alterius: quia hoc casu non effectuatur vnio per obitum cedentis, sed illius effectus suspenditur ad mortem resignatarij. *Putc. dec. 347. n. 1. 2. 5. lib. 1.* vbi quod mortuo resignatario vnio consequitur effectum suum. *Gregor. XV. dec. 159. nu. 5.*

*nu.* 5. *& ibi Add. n.* 9. *Merlin. dec.* 713. *nu.* 1. 2. *& recen. par.* 1. *dec.* 38. *nu.* 1. 2. 5. *& par.* 2. *dec.* 111. *nu.* 3. *& par.* 4. *dec.* 175. *nu.* 1.

Et ratio est, quia resignatio ad fauorem certæ personæ est conditionalis, si enim beneficium non aquiritur illi, in cuius fauorem resignatur, non vacat, nec ius abdicatur à resignante: sine vacatione autem vnio non potest effectuari. *Mohedan. dec.* 36. *de renunt. Pute. d. dec.* 347. *nu. citatis. Gregor. XV. d. dec.* 159. *nu.* 6.

7 Amplia dictam conclusionem, etiamsi in vnione adsint clausulæ derogatoriæ ad futuras dispositiones, quia regulantur à dispositione principali, & operantur in casu cessionis simplicis, non cessionis ad fauorem, sicuti & ipsa vnio, vnde resignatio admissa ad fauorem certæ personæ tenet, & impedit effectuationem vnionis non obstantibus dictis clausulis. *Gregor. XV. d. dec.* 159. *nu.* 7. *& par.* 1. *recen. d. dec.* 38. *nu.* 9.

8 Amplia, etiamsi agatur de vnione facta Seminario, quæ *ex Conc. Tridentina* suspendi non potest. *Merlin. dec.* 713. *nu.* 6. 7.

Quæ maximè procedunt admissa resignatione cum clausula suspensiua qua rumcumque vnionum, quæ operatur, vt
9 resignatio teneat, etiamsi in supplicatione non fuerit facta mentio de vnione. *Merlin. d. dec.* 713. *nu.* 5. 7. *& par.* 1. *recen. d. dec.* 38. *n.* 3. *& par.* 4. *d. dec.* 175. *nu.* 1. Et etiamsi vnio prætendatur
10 facta ex causa onerosa, & consistoriali-
11 ter, & pro dote. *Add. ad Gregor. XV. d. dec.* 159. *num.* 9. *Merlin. d. dec.* 713. *nu.* 8. *& par.* 1. *rec. d. dec.* 38. *nu.* 4. *& par.* 4. *d. dec.* 175. *nu.* 2. 4

Et hoc ea ratione, quia suspensio est
12 temporalis, & modici præiuditij, non enim agitur de rollenda vnione, sed tantùm de eius suspensione, & quidem ad tempus incertum, cum possit citius mori resignatarius, quam resignans. *Put. d. dec.* 347. *nu.* 5. *lib.* 1. *Merlin. d. dec.* 713. *nu.* 9. *& d. dec.* 38. *nu.* 5. *par.* 1. *recen. & dec.* 175. *nu.* 4. *par.* 4.

13 Prout in simili generalis suspensio priuilegiorum facta per Papam suspendit etiam priuilegia ex causa onerosa, quando agitur de modico præiuditio. *Crescen. dec.* 5. *de priuil.*

14 Vnde non bene infertur de reuocatione ad suspensionem: quoniam reuocatio est perpetua, & magni præiuditij, secus suspensio; & ideo potest intrare
15 suspensio, vbi non intrat regula reuocatoria vnionum. *d. dec.* 175. *nu.* 2. *par.* 4. *recen. & dec.* 57. *nu.* 4. 5. *ead. par.* 4. *tom.* 2.

16 Limita tamen principalem conclusionem, si resignatarius decesserit, & alter illi fuerit subrogatus: quia tali casu vnionis effectus non suspenditur ad mortem subrogati; etenim, cum suspensio sit priuilegium personale, non transit in subrogatum per generalem subrogationem, sed vltra subrogationem requireretur derogatio iuris, quod in ipso instanti vacationis quæsitum fuit illi, cuius fauore facta fuit vnio, quæ quidem effectum sortitur statim mortua persona, cuius gratia fuit suspensa. *decis.* 402. *nu.* 1. 3. *par.* 4. *recen.*

Igitur beneficia omnia seù vacantia, seù non vacantia possunt vniri, sed tamen de quolibet beneficio non potest
17 vnio fieri cuilibet beneficio

18 Et in primis beneficia curata non posse vniri simplici beneficio, habemus in *decis.* 698. *n.* 3. *par.* 2. *recen. & apud Emin. Cels. decis.* 403. *nu.* 7.

19 Et beneficia liberæ collationis beneficio iurispatronatus laicorum vniri non posse, habemus *in ead. decis.* 698. *num.* 3. *par.* 2. *recen. & in decis.* 294. *n.* 3. *par.* 5.

20 Et Monasteria Sanctimonialium Monasterijs Monacorum vniri non posse, dictum fuit in *decis.* 9. *num.* 20. *apud Emin. Ottheb. per tex. in can. in nullo.* 22. *in fi.* 18. *q.* 2. vbi etiam, quod ita in spetie tenuit. *Rota in Treneren. vnionis.* 28. *Maij.* 1641. *coram Emin. Verospio,*
21 & quod licet Monaci Sanctimonialium curam gerant, & bonorum administrationem habeant, non tamen sequitur, Mo-



Monasteria Monialium Monasterijs Abbatum esse vnita, aut esse Grangias, vel illorum dependentia.

22 Vlterius vnio facta de beneficijs sæcularibus Collegio regulari non tenet propter regulam, quod sæcularia benefitia sæcularibus, regularia vero regularibus vniri debent, nisi in casu, quo
23 beneplacitum Apostolicum fuerit reseruatum, & postea obtentum cum clausula, supplentes quoscumque iuris, & facti defectus, & solemnitatum forsam ommissarum. *Caualer. decis.* 411. *n.*2.

24 Item benefitium vnius diæcesis benefitio alterius diæcesis vniti nequit, ne Ecclesiasticus ordo confundatur, sic disponente. *Concilio Trid. sess.* 14. *de reform. cap.* 9. *Rot. decis.* 433. *nu.*9. *par.* 9. *tom.* 2.

25 Limita, vbi diæcesis auctoritate Apostolica sunt vnitæ: quia tunc vnus est vtriusque Episcopus, & quoad Episcopum pro vna diæcesi habentur. *d. decis.* 433. *nu.* 10. *par.* 9.

26 Item ex dispositione *Conc. Trid. sess.* 24. *cap.* 13. *de reform.* Ordinarij possunt tantummodo vnire benefitia Cathedralibus, seu Parochialibus habentibus tenues reditus, vt in *decis.* 294 *nu.* 3. *par.* 5. *recen. & decis.* 331. *nu.* 5. *par.* 11. *inter impress. Card. Cels. decis.* 175. *idem Emin. Cels. decis* 260. *num.* 2. 3. 4. vbi quod huiusmodi facultas ad alia extendi non potest, nam facultas concessa in vno casu in alijs censetur denegata.

27 Immo dicta facultas Ordinarijs concessa restringitur in *cap.* 15. *ead. sess.* 24. ad præbendas existentes in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus. *Card. Cels. d. decis.* 260. *& decis.* 282. *nu.* 3.

28 Item Episcopi non possunt vnire benefitia præbendis, seu distributionibus quotidianis nisi seruata forma Concilij, quod ex eo patet, dum *Sac. Congregatio Concilij* indistinctè vniones non seruata forma *Concilij* factas inualidas declarauit. *decis.* 281. *nu.* 14. 15. *par.* 9. *recen.*

29 Ex dispositione autem *Concilij Trid. sess.* 24. *cap.* 15. *de reform.* Vnio per Episcopos fieri non potest massæ distributionum, seu mensæ Capitulari collectiuè, sed est facienda singulis præbendis discretiuè, aliàs est nulla. *decis.* 565. *n.* 1. *par.* 2. *recen. & decis.* 196. *nu.* 1. *par.* 7. *& decis.* 351. *nu.* 7. *par.* 10. *Dunozet. decis.* 525. *num.* 2. vbi tamen limitat, si
30 talis vnio fuerit à Papa confirmata.

## Vniendi facultas quibus competat vel secus.

## CAP. VI.

### SVMMARIVM.

1 *Vniendi facultas soli Papæ, & Episcopo est reseruata.*

2 *Legatus de latere pariter potest vnire.*

3 *Episcopum habere vniendi facultatem, non potest in dubium reuocari.*

4 *Legatus an habeat vniendi potestatem fuit valde in Rota dubitatum.*

5 *Bellamera distinctio à Rota recepta.*

6 *Vniendi facultas, quæ est in Papa, non est pariformiter in Episcopo, & Legato*

7 *Papa vnire potest quæcumque benefitia, & de validitate vnionis Apostolicæ non potest dubitari.*

8 *Papa in benefitialibus amplissimam habet potestatem, & nefas est de illius auctoritate dubitare.*

9 *Inferiores Papa Episcopatus, & superiores dignitates vnire non possunt, sed illarum vnio soli Pontifici reseruatur.*

10 *Episcopus benefitia tantum sua diæcesis vnire potest: & quidem non exempta. num.* 11.

12 *Episcopus Ecclesias Religiosorum vnire non potest.*

*Potest tamen Monasterij; Religiosorum vnire benefitia sæcularia. nu.* 13. *Amplia vt nu.* 14.

15 *Episcopus benefitia liberæ collationis vnire non potest cum reseruatione iurispatronatus, præsertim ad sui fauorem, & suorum.*

*Et reseruans huiusmodi patronatus dicitur*

citur vsurpare bona Ecclesiæ. nu. 16.
Limita si sibi reseruauerit tantum praeminentias, & ius honorificum nu. 17.
Item limita si reseruatio à iuris honorifici secuta fuerit longè post vnionem. num. 19.

18 Ius honorificum etiam in Ecclesia Regulari acquiri potest.

20 Episcopus non potest vnire benefitia reseruata.

21 Reseruatio, vt resistat vnioni, debet esse clara, & concludenter probata. Præsertim ad effectum ne possidens vigore vnionis debeat citari à prouiso Apostolico. 22.

23 Vnio per Episcopum facta de benefitio reseruato suspenditur pro illo tempore, pro quo Papa confert ratione sua reseruationis: cæterum non impeditur per reseruationem, & tenet, licet non sortiatur effectum suum, nisi vacante benefitio.

24 Benefitium vnitum ab Episcopo, si propter reseruationem à Papa collatum fuerit, & vacet in curia, rursus dicitur reseruatum, & effectus vnionis protrahitur.

25 Vnionis de benefitio reseruato effectus suspenditur, quatenus in prouisione Apostolica, vel in admissione resignationis vnioni derogetur, vel adsit clausula suspensiua quamcumque vnionum: alias per prouisionem Papæ non tollitur.

26 Vnio benefitij per Episcopum facta, postquam vacauit in mense reseruato, non tenet, quia censetur facta animo supplantandi Datarium: Secus si benefitium erat plenum, & postea vacauit in mense reseruato, quia tunc vnio sortitur effectum suum non habita ratione mensis Apostolici.

27 Vnio de benefitio reseruato per Episcopum facta ex causa paupertatis iuxta Conc. Trid. sess. 21. cap. 5. de reform. valida est.
Et maximè si Episcopus processit omni meliori modo, & etiam vti delegatus. num. 28.

29 Episcopus ex causa necessitatis potest vnire etiam benefitium, ad quod generaliter quis habebat expectatiuam, etiam post processum factum per executorem.

30 Episcopus ex causa rationabili potest vnire mensæ Episcopali, vel Dignitati benefitium, cuius prouisio spectabat ad Capitulum.

31 Vnio facta per Episcopum vigore Concilij Tridentini de benefitio reseruato valida est, quatenus benefitium non esset reseruatum de tempore vnionis, sed ex post contigerit illius reseruatio ex vacatione in mense reseruato.

32 Episcopus etiam vigore Concilij vnire nequit benefitia continuò reseruata, veluti per regulam quartam: sed tantùm vnire potest benefitia, quorum reseruatio est discontinua, & pendens à futuro contingenti, qualis est reseruatio regula octaua.
Limita concurrente beneplacito Apostolico, quia tunc tenet vnio etiam de benefitio perpetuò reseruato. nu. 33.

34 Beneplacitum Apostolicum ex obseruantia longi temporis præsumitur.

35 Episcopus non potest vnire ad vitam.

36 Vicarius Episcopi similiter ad vitam vnire non potest.

37 Legatus in materia vnionum ampliorem Episcopo potestatem habet.

38 Legatus potest vnire benefitia etiam curata infra Legationem suam existentia, sicut potest Episcopus.

39 Legatus potest vnire benefitia exempta, quod non licet Episcopo.

40 Legatus in vnione non habet requirere consensum Capituli.
Amplia vt nu. 41.

42 Legatus super vnione facienda non tenetur habere tractatum cum Capitulo.

43 Legatus ecclesiam Collegiatam vnire non potest.
Neque benefitia, quorum collatio est illi adempta, vel quorum vnio præiudicaret alteri ecclesiæ, vel dignitati. n. 44
Neque benefitia per Sedem Apostolicam reseruata durante reseruatione. n. 45.
Neque Episcopatus, & Superiores dignitates. nu. 46.

47 Le-

47 *Legatus beneficia reseruata conferre nequit, etiamsi haberet generalem facultatem conferendi beneficia qualitercumque vacantia: multò minus vnire*

48 *Conferre qui non potest sine spetiali mandato, multò minus potest vnire.*

49 *Legatus actum vnionis potest alteri committere.*

50 *Episcopus in alienatione rerum Ecclesiæ potest alteri committere, vt habeat tractatum cum capitulo super vtilitate vel necessitate alienationis.*

51 *Laici non habent vniendi facultatem.*
*Episcopo inferior non potest vnire. Limita vt nu. 59. 60.*

52 *Neque Archidiaconus. nu. 53.*
*Neque Vicarius Episcopi sine spetiali mandato. nu 54.*

55 *Vnio est quid arduum, & ea quæ sunt ardua, non veniunt in generali mandato.*
*Amplia vt nu. 56.*

57 *Vnire maius est, quam conferre.*

58 *Mohedan. dec. 3. de offic. Vicar. declaratur.*

61 *Vnire non potest, qui non potest conferre.*

62 *Vnire non potest, qui iurisdictionem non habet.*

63 *Vnire est iurisdictionis: & quidem contentiosæ. nu. 64.*

1 VNiendi facultas soli Papæ, & Episcopo est reseruata. *dec. 9. nu. 2. de reb. eccles. non alien. in antiqu. Seraph. dec. 1304. in fi.*

2 Et quia Legatus de latere est ordinarius in prouincia sibi decreta, & maior Episcopo, ideo & ipse potest vnire. *Bellamer. dec. 512. nu. 1. Merlin. dec. 174. nu. 6.* item *in dec. 4. nu. 4. de reb. eccles. non alien. in antiqu. & dec. 1. & 2. de offit. Legat. in nou. & dec. 608. nu. 5. par. 4. tom. 3. recen.*

3 Sed licet de Episcopi facultate non possit dubitari propter tex: expressum *in cap. sicut vnire. de excess. Prælator., &* vt notat. *Rot. par. 2. diuers. dec. 133. nu. 5. & recen. par. 6. dec. 16. nu. 10. & par. 9. dec. 281. num. 1.* & habetur apud *Comitol. dec. 1. nu. 3. Seraph. dec. 1078. nu. 2. Caualer. dec. 599. nu. 2. & dec. 628. nu. 5. & in practicabilibus Rota. cap. de vnione. nu. 10.*

4 Attamen de potestate Legati circa vnionem faciendam valde fuit dubitatum per antiquos Rotæ Auditores, *vt in dec. 1 nu. 2. & ibi Add. nu. 3. & dec. 2. in fi. de offitio Lega. in nou. & apud Bellamer. dec. 512. nu. 1. vers. caue tamen. cum nu. seqq.* & hoc propter *tex: in cap fi. de confirm. vtil. vel inutil.* ex quo probatur, Legatum non posse vnam Ecclesiam alteri subijcere, vel in perpetuum conferre alicui Monasterio.

Sed Rota *in dd. decis. 1. & 2. de offit. Lega. in nou.* tenuit, non obstare *d. tex:* quominus Legatus vnire possit, quia dixit, eum procedere in dismembratione, per quam nimium præiudicaretur Ordinario, quia benefitium totaliter à iurisdictione, & obedientia Ordinarij eximeretur, & subtraheretur: quod non cadit in vnione, quia licet per eam auferatur collatio, non aufertur tamen subiectio, neque obedientia seu correctio, vt notat etiam *Add. ad d. dec. 1. nu. 3.*

5 At *Bellamer. in d. dec. 512. nu. 7. & seqq.* sic distinguit. Vel agitur de benefitio tali, cuius collatio Legato adimitur, & vnio de tali benefitio per Legatum facta non tenet, quia adempto minori, videlicet collatione, à fortiori id, quod maius est, nempe vnio, videtur ademptum, maior enim, & firmior est perpetua dispositio, quam temporalis. Aut loquimur de alijs benefitijs, quorum collatio, & dispositio potest pertinere ad Legatum, & subdistinguere oportet; quia, aut per huiusmodi vnionem non resultat præiuditium nisi benefitio, de cuius vnione tractatur, & potest Legatus tale benefitium vnire: aut fieret præiuditium etiam alteri Ecclesiæ, vel dignitati, & in præiuditium illarum talis vnio non valet, vt potè si per vnionem perderet Episcopus suam iurisdictionem, & alia iura, vel si Ordinarius

narius collator perderet ius conferendi, aut patronus ius presentandi: Et ratio est, quia nec Episcopus posset hoc facere, nisi tamen in auferendo iura alterius Ecclesiæ seruaretur forma *cap. dudum de reb. eccles. non alien. in 6.* Atque huic distinctioni congruunt tradita *per Verall. dec. 350. n. 1. 2 par. 3.* vbi quod Legatus de latere non potest vnire beneficium de iurepatronatus sine consensu Patroni, atque etiam Ordinarij, de cuius præiuditio agitur.

6 Cæterum non eadem facultas, quæ in Papa, etiam in Episcopo, & Legato pariformiter existit; Nam Papa vnire
7 potest quæcumque beneficia, nèc validitas vnionis ab eo factæ in controuersiam deduci potest, cum Papa in beneficialibus amplissimam habeat potestatem, & nefas sit de illius auctoritate dubitare, *Pen. dec. 572. nu. 8. Merlin. dec. 370. nu. 1. & par. 4. tom. 2. recen. dec. 448. num. 2. cum not. per Add. ad dec. 576 nu. 87 & seq. ead. par. 4. tom. 3. rec. & per Garz. de benef. par. 12. cap. 2. nu. 61.*

9 At inferiores Papa vniendi facultatem variè restrictam, & limitatam habent: in primis enim Episcopatus, & Superiores dignitates vnire non possunt, sed illarum vnio soli Pontifici reseruatur. *dec. 2. nu. 3. de offit. Lega. in nou. & dec. 222. nu. 3. par. 2. recen.*

10 Præterea Episcopus beneficia tantùm suæ diæcesis vnire potest. *Coccin. dec. 249. nu. 3.*

11 Et quidem ea, quæ non sunt exempta, vt colligitur ex *d. dec. 222. nu. 3. par. 2. recen.* vbi, quod non potest vni-
12 re Ecclesias Religionum, *cum not. per Garz. d. cap. 2. nu. 62.*

13 Potest tamen Monasterijs, & locis Religiosorum vnire beneficia Sæcularia. *dec. 2. de offitio Ordinar. in antiqu.*

14 Etiamsi Monasteria sint exempta, *in practicab. Rota cap. de vnion. nu. 1.*

15 Item vnire nequit beneficia liberæ collationis cum reseruatione iurispatronatus, præsertim ad sui fauorem, & suorum: & hoc tàm ex dispositione iuris communis *in cap. ad audientiam, vbi Glos. in verbo, Rectoris, de eccles. ædifican:* quàm ex dispositione *Sacri Conc. Trid. sess. 25. cap. 9. §. insuper de reform.*

16 Et reseruans huiusmodi patronatus dicitur vsurpare bona Ecclesiæ. *Card. Cels. dec. 260. num. 6. 7.* vbi quod pro nullitate similis vnionis respondit *Rot. in dec. 239. in fi. par. 1. recen. idem Card. dec. 282. nu. 4. 9. & recen. par. 11. dec. 331. nu. 6.*

17 Quod tamen limitatur, si vniens sibi reseruauerit tantùm præeminentias, &
18 ius honorificum, quod etiam in Ecclesia Regulari acquiri potest. *Card. Cels. dec. 197. nu. 6. ex Caualer. dec. 265. nu. 6. & dec. 321. per tot. & recen. par. 5. dec. 377. nu. 1.*

19 Prout limitatur, si reseruatio dicti iuris honorifici secuta fuerit longè post vnionem iam perfectam: tunc enim non potest præiudicare vnioni, nèc illam inualidare, cum simus in actu diuiduo. *Card. Cels. d. dec. 197. num. 7. ex dec. 546. n. 4. par. 4. diuers. & dec. 526. nu. 11. par. 5. recen.*

20 Item beneficia reseruata per Episcopum vniri non possunt. *Cæsar. de Graff. de reb. eccles. non alien. dec. 1. num. 11. Verall. dec. 345. num. 6. par. 3. Seraph. dec. 1078. nu. 7. Gregor. XV. dec. 419. nu. 4. & recen. par. 2. dec. 101. num. 5. cum plurib. alleg. in dec. 89. nu. 18. par. 11. rec.* vbi quod in beneficijs reseruatis prouisioni sedis Apostolicæ inferior habet manus ligatas, nec valet reseruationibus Apostolicis derogare.

21 Reseruatio tamen, vt resistat vnioni, debet esse clara, & plenè ac concludenter probata. *dec. 433. nu. 15. par. 9. rec.*

22 Præsertim ad effectum nè possidens vigore vnionis debeat citari à prouiso Apostolico, vt distinguendo inter reseruationem notoriam, & non notoriam declarauit *Rota in Nullius, seu Spoletana benefitiorum. 20. Martij. 1623. coram Nauarro,* quam refert, & sequitur *Rot. d. dec. 433. nu. 16. par. 9.*

23 Declara principalem conclusionem, vt procedat quoad effectû vnionis, qui

suspenditur pro illo tempore, pro quo Papa confert ratione suæ reseruationis: Cæterum vnio per Ordinarium facta, seù facienda non impeditur per reseruationem; & ratio est, quia vnio concernit, proprietatem beneficij, & collatio Papæ, quæ fit per reseruationem, concernit fructus beneficij, & ideo vnio tenet, licet non sortiatur effectum suum nisi vacante beneficio *dec. 4. nu. 1. 2. & dec. 6. de reb. eccles. non alien. in antiqu. & in practicab. Rota cap. de vnio nu. 12.*

24 Secus tamen esset, si beneficium collatum à Papa vacaret in curia, quia rursus esset reseruatum, & effectus vnionis protraheretur. *d. dec. 6. de reb. eccles. non alien. in antiqu.*

25 Item declara, vt procedat, quatenus in prouisione Apostolica, vel in admissione resignationis vnioni derogetur, vel adsit clausula suspensiua quarumcumque vnionum: aliàs effectus vnionis per subsequentem prouisionem Papæ non tolleretur, quoniam vnio legitimè facta respicit causam necessariam, quam non est verisimile, quod Papa tollere voluerit, nisi id expresserit. *dec. 3. de rerum permut. in antiqu. & dec. 38. nu. 3. par. 1. recen.*

26 Item declara eamdem conclusionem procedere quatenus Episcopus vniuerit beneficium, postquàm vacauit in mense reseruato, nam talis vnio censetur facta animo supplantandi Datariã. *decis. 224. nu. 17. par. 8. recen.* Secùs, si vniuerit beneficium plenum, quod postea vacauit in mense reseruato, quià tunc non habetur ratio mensis Apostolici, sed vnio sortitur effectum suum. *Gregor. XV. decis. 419. nu. 5. & ibi Add. nu. 7. & decis. 365. n. 8. part. 12. rec.*

27 Limita eamdem principalem conclusionem, si Episcopus ex causa paupertatis vniuerit beneficium reseruatum iuxta *Conc. Trid. sess. 21. cap. 5. de reform.* Et maximè si processerit omni

28 meliori modo, & etiam vt delegatus. *Seraph. decis. 1078. nu. 7. in fi.*

29 Prout ex causa necessitatis potest etiam vnire beneficium, ad quod generaliter quis habebat expectatiuam, etiam post processum factum per executorem. *dec. 5. de reb. eccles. non alien. in antiqu.* Et ex causa rationabili potest

30 vnire mensæ Episcopali, vel dignitati beneficium, cuius prouisio spectabat ad Capitulum, vt per ea, quæ habentur *in dec. 1. de offic. Lega. in nou. tenuit Rota apud Seraph. dec. 1011. num. 2.* vbi de beneficio vnito Pænitentiariæ, quam vigore Concilij Episcopus erexerat, cuius beneficij collationem vigore concordiæ Capitulum prætendebat.

31 Sed licet vigore facultatis *à Conc. Tridentino* sibi concessæ possit Episcopus vnire beneficia etiam reseruata, nihilominus *Sac. Congregatio Interpretum Concilij*; & Rota pluries declarauit, id esse intelligendum de beneficijs, quæ non erant reseruata de tempore vnionis, sed ex post effecta fuerunt reseruata ex vacatione in mense reseruato, *vt in dec. 201. n. 5. par. 2. recen. cum pluribus relatis per Add. ad Gregor. XV. dec. 419. nu. 7. & in dec. 433. num. 1. par. 9. recen.* vbi quod Episcopus etiam

32 vigore Concilij vnire non potest beneficia continuò reseruata, & sic quæ tempore vnionis cadebant sub reseruatione, veluti reseruata per regulam quartam, licet vnire possit, quorum reseruatio est discontinua, & pendens a futuro contingenti, qualis est reseruatio regulæ octauæ ratione mentium: *& in ead. dec. 433. nu. 36. & dec. 351. nu. 6. par. 10.* vbi quod beneficia perpetuò reseruata, cuiusmodi sunt primæ dignitates in Cathedralibus, vniri non possunt.

33 Quod tamen limita concurrente beneplacito Apostolico, quod ex obseruan-

34 tia vnionis per longum tempus præsumitur. *d. dec. 433. nu. 1. par. 9. & dec. 351. nu. 8. par. 10. recen.*

35 Postremò Episcopus non potest vnire ad vitam. *Mohedan. dec. 1. nu. 3. de*

36 *offic. Vicar.* Neque Vicarius Episcopi *Mohedan. dec. ead. & dec. 3. num. 3. de loca & cond*

37 Similiter Legatus, etsi in materia vnionum ampliorem Episcopo auctoritatem

tatem habeat, etenim non solùm potest
vnire benefitia etiam curata infra Le-
38 gationē suam existentia mensæ Episco-
pali, vel alteri dignitati, sicut potest
Episcopus, *vt in dec. 1. & 2. de offic. Le-
gti. in nou.* Sed potest vnire etiam bene-
39 fitia exempta, quod non licet Episco-
po, cum Legatus habeat iurisdictio-
nem super loca, & personas exemptas.
*d. dec. 1. nu. 3. de offic. Lega. in nou.*
40 Item non habet requirere consen-
sum Capituli. *Add. ad d. dec. 1. & ad
dec. 2. lit. A. in fi. de offic. Lega. in nou.*
41 Quod procedit, etiamsi fiat vnio
Episcopali dignitate *Bellamer. dec.* 513.
vbi reddit rationem, quia inter Lega-
tum, & Capitulum non intercedit ea
coniunctio, quæ inter Capitulum, &
Episcopum, cuius ratione Episcopus
arctatur ad consensum, vel consilium
Capituli requirendum.
42 Item non tenetur super vnione fa-
cienda habere tractatum, quia si con-
sensus, vel consilium non requiritur,
ergo nec tractatus cum Capitulo. *Bel-
lamer. dec.* 514.
Nihilominus in multis casibus re-
stricta est Legati facultas; etenim Ec-
43 clesiam collegiatam vnire non potest
per ea, quæ alleguntur *in dec. Bellamer.
512. nu. 1. vers. dicit enim.*
44 Neque vnire potest benefitia, quo-
rum collatio est illi adempta, vel quo-
rum vnio præiudicaret alteri Ecclesiæ,
vel dignitati: vt quia Episcopus, vel
alius Ordinarius collator perderet ius
conferendi, aut patronus ius presen-
tandi, ad superius not. *ex Bellamer. dec.
512. nu. 7.*
45 Neque vnire potest benefitia per Se-
dem Apostolicam reseruata durante re-
seruatione. *Add. ad d. dec. 1. nu. 3. de
offic. Lega. in nou.* vbi etiam quod Epis-
46 copatus, & Superiores dignitates vni-
re nequit; prout supra generaliter de
inferioribus Papa dictum fuit.
47 Et quod Legatus benefitia genera-
liter, aut specialiter reseruata vnire non
potest, colligitur etiam *ex dec. 3. de of-
fic. Lega. in nou. & ubi not. per Add.* vbi
quod dicta benefitia conferre nequit,
etiamsi haberet facultatem generalem
conferendi benefitia qualitercumque
vacantia, si enim conferre nequit sine
48 speciali mandato, multò minus vnire
poterit ex trad. *per Bellamer. d. dec. 512.
nu. 7.* cum infra not. hoc eod. Cap.
49 Cæterum, & Legatus actum vnionis
potest alteri committere, quia iure or-
dinario hoc sibi competit. *Bellamer. dec.*
515. Et Episcopus suo Vicario, nam
quod vnio facta à Vicario cum speciali
mandato Episcopi teneat, nemo infi-
ciatur, vt ex infra notatis colligi potest;
50 Et in terminis alienationis rerum Ec-
clesiæ, quod Episcopus potest alteri
committere, vt habeat tractatum cum
Capitulo super vtilitate vel necessitate
alienationis, habetur *in dec. 5. nu. 1. &
seqq. de reb. eccles. non alien. in antiquior.*
Ex ijs, quæ dicimus de personis ha-
bentibus vniendi facultatem, facilè
colligitur, quæ personæ vnire non pos-
sint: nihilominus pro vberiori, & faci-
liori intelligentia materiæ quatuor re-
gulas, seù conclusiones constituemus
circa personas non habentes hanc
vniendi facultatem.
51 Et prima conclusio sit, vnire Eccle-
sias laici non possunt. *dec. 523. num. 4.
par. 4. recen.*
52 Secunda conclusio. Inferior Episco-
po vniendi facultatem non habet. *Pen.
dec. 30. nu. 7. & dec. 441. nu. 9.*
Vnio enim est de reseruatis Episco-
po ex nota *per Lotter. de re benef. lib. 1.
q. 28. n. 140.* & supra hoc eod. *cap. n. 1.*
53 Hinc Archidiaconus non potest v-
nionem facere. *Mohedan. dec. 3. ad med.
de offic. Vicar.*
54 Nec Vicarius Episcopi, nisi habeat
speciale mandatum. *Pen. d. dec. 30. nu.
3. 15. & dec. 441. num. 4. & in Gerun-
den. benefitij. 30. April. & 18. Iunij
1640. coram Reuerendissimo Tarraco-
nen. cum not. per Add. ad Buratt. dec.
938. nu. 14.*
55 Etenim vnio est quid arduum, & ea
quæ sunt ardua non veniunt in genera-
li mandato: immo si mandatum spetia-

le non enuntietur, nè quidem ex lapsu longi temporis præsumitur. *Puteo. dec. 53. lib. 3. Pen. d. dec. 30. nu. 3. 7.* Quæ
56 procedunt, etiamsi in generali mandato data esset facultas conferendi, quia clausula generalis ad maiora expressis
57 non extenditur, vnire autem maius est, quam conferre. *Pen. d. dec. 30. nu. 4.*
58 Et licet *Mobedan. in d. dec. 3. de offic. Vicar.* senserit, Vicarium Episcopi habere vniendi facultatem, quia Vicarius Generalis potest facere omnia, quæ facit Episcopus, præterquam in prohibitis, & habet iurisdictionem contentiosam, & etiam voluntariam, vnire autem pertinet ad iurisdictionem contentiosam.

Nihilominus *d.* conclusio ita accipienda est, vt vnio facta per Vicarium non sit ab initio nulla, & penitus irrita, cum expressum in iure non reperiatur, vt Vicarius vigore sui offitij vnire nequeat: cæterum mandatum speciale Episcopi requiratur, nè vnius Vicarij arbitrio negotium tam graue, & arduũ transigatur, prout *dictam Mobed. decisionem declarat Pen. d. dec. 30. nu. 15.* subdens esse communem Doctorum opinionem, vt speciale mandatum sit necessarium, quæ opinio, tamquam magis tuta, vtique seruanda est.

Et hæc *Pen.* interpretatio sanè congrua videtur rectè intuenti hypothesim propositam in *dec. Mobedan.* Cum enim ibi quæsitum esset, an vnio facta per Vicarium generalem sit titulus coloratus ad interdictum recuperandæ possessionis, & Rota affirmatiuè responderit, non ideo canonizauit vnionem, vti factam ab habente sufficientem auctoritatem, sed simpliciter declarauit, præbere titulum coloratum, qui sufficit ad recuperandam possessionem, cum Rota consueuerit prouisum à Vicario spoliatum restituere, non docto de potestate conferendi, vt habetur in *fin. eiusd. decis.*

59 Secunda tamen principalis conclusio dupliciter limitatur, & primo in Prælato inferiore habente Episcopalem iurisdictionem, qui vnire potest, prout potest Episcopus, *in practicab. Rotæ cap. de vnione nu. 11. cum adduct. per Garz. de benef. par. 12. cap. 2. n. 72. & dec. 378. nu. 19 par. 11. recen.*

60 Secundò in Prælato inferiore, qui vniendi ius legitimè præscripsit: siquidem vnire non est ordinis, sed iurisdictionis, & ideo præscriptibile. *dec. 1. nu. 1. de offic. Lega. in nou. & in practicab. Rota d. cap. de vnion. nu. 10. cum not. per Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num. 71. & Lotter. de re benef. lib. 1. q. 28. nu. 136.*

61 Tertia principalis conclusio sit. Vnire non potest, qui non potest conferre, quià, cui minus est interdictum, eo fortius quod maius est, censetur ademptũ, vnire autem maius est, quam conferre, cum fortior sit dispositio perpetua, quam temporalis *Bellamer. d. dec. 512. nu. 5. 7. Pen. d. dec. 30 nu. 6.*

62 Quarta conclusio. Vnire non potest, qui iurisdictionem non habet, vnire enim est iurisdictionis. *dec. 1. nu. 1. de offic. Lega. in nou. Mobedan. d. dec. 3. de offic. Vicar.* vbi quod ad contentiosam iurisdictionem pertinet.

---

## De ijs quæ ad validitatem vnionis requiruntur.

## CAP. VII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Vnionis causa efficiens est vnientis potestas.*

2 *Ad validitatem vnionis præter vnientis potestatem causa, & solemnitas debent concurrere.*

3 *Pro validitate vnionis de iure communi legitima causa sine solemnitate non sufficit.*

4 *In vnione solemnitas non requiritur subsistente legitima causa, similiter nec in dismembratione iuxta terminos* cap. ad audientiã de Eccles. ędifican.

De-

*Declara vt nu. 5.*
6 *In suppressione causa, & solemnitas pro illius validitate requiritur.*
7 *Suppressio est species alienationis: nam Episcopus per eam priuatur iure vlterius conferendi benefitia suppressa.*
8 *Dismembratio etiam perpetua alienatio dicitur.*
*Ideo in dismembratione eadem requisita, ac in alienatione debent copulatiuè concurrere, aliàs dismembratio est nulla. num. 9.*
10 *Vnio absque vlla causa facta nulla est, & quidem ipso iure nu. 11.*
*Similiter vnio facta absque solemnitate. nu. 12.*
*Item facta ex falsa causa. nu. 13.*
14 *Vnio ex falsa causa facta, seruata tamen forma iuris, an sit ipso iure nulla, an veniat annullanda.*



1 AD validitatem vnionis præter potestatem vnientis, quæ vti illius causa efficiens in primis est necessaria *extrad. per Rot. decis. 16. nu. 10. par. 6. recen.* & in terminis dismembrationis apud *Andr. decis. 59. num. 1.* alia duo concurrere debent, nempe causa, & so-
2 lemnitas. *Seraph. decis. 1078. nu. 1.*
3 Nam de iure communi legitima causa sine solemnitate non sufficit. *decis. 223 nu. 9. par. 6. recen.*
4 Et licet in terminis *cap. ad audientiam. de Eccles. ædifican.* cuius dispositio fuit renouata per *Conc. Trid. sess. 21. cap. 4. de reform.* subsistente legitima causa vnionis non sit opus aliqua solemnitate, vt in *d. decis. 223. num. 9. par. 6. recen.*

Quod, & in terminis dismembrationis tenuit. *Rota recen. par. 4. tom. 2. decis. 464. nu. 3. & in Medeolanen. decimarum relata per add. ad Gregor. XV. decis. 504. num. 9. in fi. inter impress. Andr. decis. 59. nu. 4.*
5 Nihilominus dispositio *Concilij Tridentini, & cap. ad audientiam* tunc demum procedit, quando aliter prouideri non potest, vt declarauit. *Rot. in d. decis. 223. nu. 11. par. 6. recen.*

Quod autem dictum est de vnione,
6 procedit, & in suppressione, nam & in ea causa, & solemnitas pro validitate requiritur: cum suppressio sit quædam
7 species alienationis, quippe Episcopus per eam priuatur iure vlterius conferendi beneficia suppressa. *Caualer. decis. 432. nu. 1.*
8 Item, & in dismembratione, quæ est pariter quædam alienatio perpetua rei Ecclesiæ. *decis. 1. nu. 1. de rebus Eccles. non alien. in nou. & decis. 119. nu. 12. par. 1. recen. & decis. 348. nu. 2. par. 2. & decis. 464. num. 1. par. 4. tom. 2. & decis. 6. nu. 1. & decis. 68. nu. eod. part. 7. Achill. decis. 1. nu. 4. de rebus Eccles. non alien. Gregor. XV. decis. 504. n. 4.*
9 Ideo in ea requisita eadem, quæ in alienatione, nempe causa, & solemnitas debent copulatiuè concurrere, alias dismembratio est nulla. *decis. 119. nu. 12. & decis. 239. nu. 1. 5. par. 1. recen. & decis. 288. nu. 1. & decis. 348. num. 2. part. 2. & decis. 231. num. 14. & decis. 464. nu. 1. par. 4. tom. 2. & decis. 223. nu. 1. 2. 3. par. 6. & decis. 68. nu. 2. 9. par. 7. Seraph. decis. 1062. nu. 1. Gregor. XV. d. decis. 504. nu. 5. cum relatis per Add. nu. 8. 9. & per Add. ad Buratt. decis. 857. nu. 11. Andr. d. decis. 59. n. 1. & seqq. & in Cracouien. dismembrationis decimarum 3. Iunij. 1650. R. P. D. Verospio, & in decis. 320. num. 4. 5. part. 12. recen.*
10 Si igitur vnio absque vlla prorsus causa facta fuerit, nulla est. *Card. Celsus decis. 282. nu. 12.*
11 Et quidem ipso iure. *decis. 1. de excess. Prælator. in nou. & decis. 12. de rebus ecclesiæ non alien. in antiqu. & decis. 133. nu. 3. par. 2. diuers. & decis. 294. nu. 6. part. 1. recen.*
12 Similiter, si absque solemnitate, quia defectus formæ ipso iure nullam reddit alienationem. *decis. 2. nu. 12. de rebus eccles. non alien. in antiquior.*
13 Similiter si ex falsa causa fiat vnio etiam à Papa, nulla est, prout ex *Aegid.*

&

*& Cassador. not. Garz. de benef. par. 12. cap. 2. nu. 115. Card. Cels.* qui concordantes allegat, *decis. 282. nu. 2.* Quod, & in terminis dismembrationis resoluit *Rot. recen. par. 12. decis. 320. nu. 12. & seqq.* vbi quod dismembratio facta à Papa etiam motu proprio non valet, si appareat facta ex erronea causa à parte supposita.

14 Sed si vnio ex falsa causa, seruata tamen forma iuris, facta fuerit, non est nulla ipso iure, sed probata falsitate causæ annullari debet, quia nulla esset ipso iure, si nulla omnino causa subesset, secùs si causa subsit etiamsi falsa, cum vnio sit contractus stricti iuris, & in contractibus stricti iuris dolus dans causam contractui non reddat contractum ipso iure nullum. *decis. 1. nu. 5. & decis. 2. nu. 9. & seqq. per tot. de rebus eccles. non alien. in antiquior. & decis. 2. nu. 1. & seqq. & decis. 8. & decis. 12. per tot. eod. tit. in antiqu. & in practicabil. Rota cap. de vnion. nu. 2.*

Contrariam tamen sententiam successiuè tenuit Rota, videlicèt vnionem ex falsa causa factam ipso iure nullam esse, prout ex *Cassador. decis. 8. num. 6. de concess. preben. & decis. 1. nu. 2. de vnion.* Et in eadem sententia fuisse nonnullos etiam ex antiquis Rotæ Auditoribus, colligitur. *ex d. decis. 2. n. 1. 2. de rebus eccles. non alien. in antiquior.*

At *Bellamora decis. 618. in princ. versic. pro quo sciendum, & n. 4.* respondit, vnionem ex falsa causa factam ab Ordinario esse annullandam, nõ autem eam, quæ fit per rescriptum Apostolicum, in qua ad validitatem subintelligitur clausula, si ità est, & ideo vera non existente causa, vnio est ipso iure nulla.

Et hanc distinctionem amplexa est Rota *apud Cassador. d. decis. 1. nu. 2. de vnion.*, vbì quod Doctores plures casus distinguunt, at Rota simpliciter distinguit inter vnionem Apostolicam, & Ordinariam, vt falsitas causæ ipso iure vitiet primam, secùs secundam; *item in decis. 90. nu. 16. & seqq. par. 4. tom. 2. recen. & d. decis. 294. nu. 7. par. 15.*

## De causis legitimis vnionis.

## CAP. VIII.

### SVMMARIVM.

1 *Vnionis iusta causa duæ sunt, vtilitas euidens ecclesiæ, aùt necessitas.*

2 *In suppressione, eadem causa vtilitatis, vel necessitatis requiruntur: similiter & in dismembratione. nu. 3.*

4 *Causa sufficiens vnionis dicitur paupertas ecclesiæ, ob quam congrua Monacorum, seù Clericorum sustentatio defficiat.*

5 *Necessitas est principale fundamentum iuris communis in vnionibus faciendis.*

6 *Causa vnionis legitima dicitur, si ecclesia debitis, & oneribus intolerandis grauata fuerit.*

*Item si propter bella reditus ecclesiæ valdè attenuati fuerint. nu. 7.*

*Vel propter dismembrationem illius redituum. nu. 8.*

*Amplia vt nu. 9.*

10 *Vnio facta per Episcopum in compensationem damni per eum illati non tenet, sed Episcopus debet restituere de suo, vel ecclesia contra illum agere coram Superiore.*

11 *Vnio facta ex causa paupertatis vigore* Conc. Trid. *sustinetur, etiamsi de beneficio reseruato facta fuerit.*

*Declara vt procedat in beneficijs curatis, quorum reditus sunt nimis tenues, non autèm in simplicibus. n. 12.*

13 *Necessitas præcisa requiritur pro validitate vnionis, non autèm sola decentia: & hoc tam de iure cõmuni, quam iuxta regulas Cancellariæ reuocatorias vnionum. nu. 16. 17.*

14 *Vniri non debent duæ ecclesiæ, nisi vbi duorum Ministrorum alimenta defficiant.*

15 *Valor in vnionibus exprimi debet secundum communem æstimationem, non autèm secundum sterilitatem, vel vbertatem.*

18 *Vnio, quæ fit augmentatiuè, & pro commodio-*

*modicri sustentatione, non dicitur ex causa necessaria facta.*

19 *Vnio facta Canonicatibus, vel alicui dignitati tunc demùm causam necessariam habere dicitur, quando non adsunt, vel pauci ssimi reperiuntur, qui velint Canonicatus huiusmodi, aut dignitates acceptare: & nu. 22.*

20 *Necessitas pracisa non probatur per testes deponentes de indigentia Canonicorum pro decenti corū sustentatione.*

21 *Necessitas siue physica, siue moralis non respectu personarum, sed ipsius Ecclesiæ est consideranda.*

23 *Necessitas pracisa excluditur, si Capitulum per prius sine vnione decentèr se sustentauit.*

*Item si Canonicatus dimissi pratextu nimiæ tenuitatis redituum, & insufficientiæ ad sustentandum Canonicum, alijs aquè idoneis statim fuerunt collati, & ab ijs acceptati. 24.*

*Item si benefitia, quibus facta fuit vnio, fuerunt pensionibus grauata, qua fuerunt per benefitiatos soluta, ex hoc enim arguitur, quod benefitia essent pinguia, & apta ad sustinendum tale onus, aliàs benefitiati reclamassent, si sibi congrua defecisset. nu. 25.*

26 *Vnio facta pro augumento diuini cultus dicitur ex causa necessaria facta, si augumentum sit necessarium.*

27 Dec. 91. par. 9. recen. *qua firmatur, ad validitatem vnionis non requiri necessitatem pracisam, fuis successiuè reuocata.*

28 *Alia decisiones, quibus idem probari videtur, declarantur.*

29 *Vnio ab Ordinario facta ex causa necessitatis distributionibus quotidianis plurium prabendarum, aut pluribus prabendis indistinctè, quarum alia erant quidem tenues, aliæ secùs, propter indiuiduitatem in totum corruit.*

30 *Vnio ex causa tenuitatis prebendarum ab Ordinario facta vigore Concilij vt subsistat, tenuitas prabendarum cum tenuitate distributionum quotidianarum debet copulatiuè concurrere.*

31 *Ordinarius ex causa necessitatis potest compelli ad vnionem faciendam: & si mandauit vnionem fieri, non potest successiuè de Ecclesia vnienda prouidere per concursum. nu. 32.*

1 
Nnionis iustæ causæ ad duas reducuntur, nempe euidentem Ecclesiæ vtilitatem, aut necessitatem. *Mantic. dec. 87. nu. 1. Caualer. dec. 408 ante num. 2. & dec. 439. nu. eod. Emin. Cels. dec. 260. nu. 15. & dec. 282. n. 1. Add. ad dec. 576. nu. 80. par. 4. tom. 3. recen. & par. 5. dec. 294. nu. 2. & dec. 411. nu. 11. qua est inter impress. Merlin. dec. 95. & par. 9. recen. dec. 281. nu. 2. & par. 11. dec. 331. nu. 3. inter impress. Emin. Cels. dec. 175.*

2 Quæ quidem, & suppressionis legitimæ causæ dicuntur. *Caualer. dec. 439. nu. 2.*

3 Et dismembrationis. *dec. 68. nu. 12. 13. par. 4. tom. 2. & dec. 68. nu. 7. par. 7. recen.*

4 Hinc vnionis sufficiens causa dicitur paupertas Ecclesiæ, cuius ratione congrua Monacorum, seù Clericorum sustentatio deficiat in detrimentum diuini cultus. *Seraph. dec. 1078. nu. 4. Mantic. dec. 87. nu. 3. Pen. dec. 572. num. 8. Caualer. dec. 449. n. 3. & par. 4. tom. 2. recen. dec. 90. nu. 19. & par. 6. dec. 16. nu. 10. & par. 8. dec. 202. nu. 6. & par. 9. dec. 91. nu. 1. & dec. 330 num. 4. & par. 12. dec. 89 nu. 17.*

5 Nam in vnionibus faciendis principale iuris communis fundamentum est necessitas. *dec. 16. nu. 11. par. 6. & dec. 337. nu. 35. par. 9. recen.*

6 Si igitur Ecclesia debitis, & oneribus intolerabilibus grauata fuerit, hæc dicitur legitima causa vnionis. *Bellamer. dec. 376.*

7 Vel si propter bella Ecclesiæ reditus valdè attenuati fuerint, *idem Bellamer. dec. 516.*

8 Vel si quid ab Ecclesia, seù dignitate dismembratum fuerit, propter quam dismembrationem illius reditus admodum

dum tenues remanserint, tunc enim in recompensationem possunt alia beneficia illi vniri ex dispositione *Cap. cum inferior. de maior. & obed. in fi. de qua Rot. recen. par. 5. tom. 2. d. dec. 411. nu. 15. & par. 6. dec. 16. nu. 11.*

9 Etiamsi alitèr prouideri potuisset per assignationem fructuum iuxta *tex. in cap 1. de rebus eccles. non alien. in 6.* Quia non sequitur, quin, & alio modo, nempe mediante vnione prouideri potuerit. *Merlin. decis. 95. nu. 15. in fi.*

10 Secùs tamen esset, si vnio fieret per Episcopum in compensationem damni per eum illati, quia talis vnio non tenet, cum delictum personæ non debeat redundare in damnum Ecclesiæ, sed Episcopus debet restituere de suo, vel Ecclesia contra illum agere coram Superiore, *decis. 14. de rebus Eccles. non alien. in antiqu.*

11 Amplia principalem conclusionem, vt vnio ex causa paupertatis ex dispositione *Conc. Trid. cap. 5 sess. 21. de reform.* sustineatur, etiamsi de benefitio reseruato facta fuerit. *Seraph. decis. 1078. nu. 5. & Cæsar de Grass. in decis. relata per Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num. 101.*

12 Sed tamen est aduertendũ, quod dispositio dicti *cap. 5.* videtur tantùm procedere in benefitijs curatis, quorum reditus sunt nimis tenues, vt colligitur ex verbis Concilij, ibi, cum Curatis propter paupertatem &c. Nàm in benefitijs simplicibus tenuitas fructuum non est considerabilis propter modicum onus, vt obseruat *Rota decis. 294. nu. 4. par. 5. recen.*

13 Præterea requiritur præcisa necessi-
tas; nàm ad duarum Ecclesiarum vnio-
14 nem non est deueniendum, nisi vbi ali-
menta duobus Ministris non præstite-
rint, *vt in d. decis. 294. nu. 3. par. 5. re-
cen.* vbi etiam sub *nu. 5.* quod prædicta
15 ratione verus valor in vnionibus ex-
primi debet secundum communem æsti
mationem, non autem secundum steri-
litatem, aùt vbertatem.
16 Et quod pro sustinenda vnione præ-
cisa necessitas de iure communi requi-
ritur, non autem sola decentia, illaque
deficiente vnio corruit. *Rot. recen. par.
6. decis. 109. nu. 14. cum seqq. & par. 9.
decis. 281. nu. 21. & decis. 337. nu. 6.*

17 Multò magis attento tenore regularum reuocatoriarum, quæ ius commune coarctant, immò omnem ordinarijs competentem vniendi facultatem extra casus à Concilio Tridentino permissos adimunt, & vniones ad fauorem Mensarum Capitularium pro augumento dotis expresè reuocant. *d. decis. 281. nu. 6. 24. & decis. 337. num. 7. 8. par. 9. recen.*

18 Propterea vnio, quæ fit augumentatione, & solùm pro commodiori sustentatione, non dicitur ex causa necessaria facta, quia non sola decentia, sed præcisa necessitas debet interuenire ex *alleg. per Garz. de benef. par. 12. cap. 2. nu. 283. & seq. & per Add. ad d. decis. 576. nu. 84.* vbi quod hæc est opinio Rotæ pluribus decisionibus canonizata: & itá pluries discusso articulo in celebri causa Mediolanen. Cimiliarcatus nouissimè resoluit *Rota in d. decis. 281. nu. 7. par. 9. recen. & dixerat in dec 91. nu 4. ead. par. 9.* & secuta est *in dec 53. nu. 11. par. 11.*

19 Si igitur vnio fiat Canonicatibus, aùt alicui dignitati, tunc demum causam necessariam habere dicitur, quando non adsunt Canonici, vel paucissimi inueniuntur, qui tales Canonicatus, aut dignitatem velint acceptare. *Pen. decis. 572. nu. 12. cum adduct. per Add. ad d. decis. 576. num. 81. & seqq. par. 4. tom. 3. rec. & in d. decis. 281. nu. 3 par. 9 & d. decis. 53. num. 1. 5. par. 11. recen.*

20 Quamobrem præcisa necessitas non
dicitur probata per testes deponentes
de indigentia Canonicorum pro de-
centi eorum sustentatione: quia neces-
21 sitas, siue physica, siue moralis non res-
pectu personarum, sed ipsius Ecclesiæ
est consideranda; ideo solum est atten-
dendum, an ob tenuitatem redituum
22 Ecclesia necessario seruitio destitua-

tur,

tur, videlicet, quod paucissimi sint Canonici, nec idonei, qui Canonicatus ob eorum tenuitatem velint acceptare. *dec.* 337. *nu.* 10. 11. *par.* 9. *rec.* & *dec.* 275. *n.* 7. *par.* 10. & *dec.* 53. *nu.* 5. *par.* 11. Concordat *dec.* 174. *num.* 2. *d. par.* 10. vbi quod sufficit quidem necessitas moralis, sed considerata respectu Ecclesiæ, non autem personarum, cum nō attendatur, an titularis egeat curru, vel famulis, sed an Ecclesiæ seruitium destituatur, ità vt ob tenuitatem redituum non reperiatur qui Ecclesiæ velit inseruire.

23 Et ideo si non obstante allegata tenuitate redituum Capitulum per prius sine vnione decenter se sustentauit, nèc vnquam Ecclesia seruitio fuit destituta, excluditur ex hoc præcisa necessitas ad validitatem vnionis requisita. *dec.* 757. *nu.* 4. *par.* 3. *recen.* & *d. dec.* 91. *nu.* 7. & *dec.* 281. *nu.* 9. 10. & *dec.* 337. *num.* 12. 13. *par.* 9. *recen. cum alleg. per Add. ad Gregor. XV. dec.* 419. *nu.* 6.

24 Similiter necessitas non dicitur probata per testes deponentes, quod aliqui ex Canonicis, quia non poterant se sustentare, dimiserunt suos Canonicatus, quando Canonicatus dimissi alijs, ęquè idoneis statim fuerunt collati: ex hoc enim sufficientia redituum conuicitur, & excluditur augumenti necessitas. *d. dec.* 337. *nu.* 15. 16. *par.* 9. vbi quod ex immoderatis sumptibus, vel parum ęconomica viuendi ratione factum prę sumitur, vt illi, qui dimiserunt, non possent se sustentare, cum alij omnes decenter se sustentauerint: *item dec.* 174. *n.* 9. *par.* 10. & *dec.* 53. *n.* 4. *par.* 11. *rec.*

25 Similiter augumenti necessitas excluditur, si aliqua ex beneficijs, quibus ex causa paupertatis vnio facta asseritur, grauata fuerint pensionibus, illeque per Beneficiatos solutę fuerint: hoc enim euidenter demonstrat, quod talia beneficia essent pinguia, & apta ad sustinendum tale onus, cum pensio soluatur ex fructibus, & habito respectu ad illos, nèc sit verisimile, quod Beneficiati non reclamassent, si reditus non essent sufficientes. *d. dec.* 91. *nu.* 7. *par.* 9. *recen.* & *dec.* 53. *nu.* 7. 8. *par.* 11. *post dec.* 213. *nu.* 22 & *seq. par.* 6.

26 Itaque ex iusta causa facta dicitur vnio, si fiat in augumentum cultus diuini, necessarium tamen, & non pro commodiori sustentatione Capitularium, proùt benè distinguitur *in dec.* 337. *nu.* 24. *par.* 9. *recen.* vbi quod hanc sententiam perpetuò amplexa est *Rota, vt apud Caualer. dec.* 403. *nu.* 2. & *par.* 3. *recen. dec.* 757. *nu.* 4. & *par.* 6. *decis.* 109. *nu.* 5. quibus addi potest *dec.* 320. *nu* 8. *par.* 12. *recen.* vbi vnio pro augumento diuini cultus dicitur ex causa necessaria facta, augumentum autem diuini cultus ex eo deducitur, quod incolæ 20. annorum cursu, & vltra ob tenuitatem reditus Ecclesiæ fuerant parochis destituti.

27 Vnde cauendam à *decis.* 91. *num.* 8. 9. *par.* 9. *recen.* quatenus in terminis nostris firmat, necessitatem non semper capi, vt quis cogatur mendicare, nèc pro necessitate præcisa. Etenim dicta decisio fuit reuocata per *dec.* 281. *ead. par.* 9. in qua fuit firmatum præcisam necessitatem requiri: & licet sufficiat necessitas moralis, illa est consideranda respectu Ecclesiæ, non autem personarum ex supra allegatis. *nu.* 16. 18. 20. 21. 22.

28 Neque obstant decisiones, ex quibus probari videtur ad sustinendam vnionem sufficiere causam augumenti diuini cultus: videlicet *Seraph. dec.* 982. *Caualer. dec.* 403. & *dec.* 435. & *dec.* 449. & *par.* 6. *recen. dec.* 109. & *in Toletana Capellania de Pastrana* 23. *Ianuar.* 1608. *coram Card. Pamphilio*, & *in Lucana vnionis* 14. *Iunij* 1642. *coram R. P. D. Ghisilerio.*

Etenim *Seraph.* loquitur cum supposito, quod vnio fuerit omnino necessaria, tamquam facta fabricæ locorum depopulatorum.

*Caualer. dec.* 403. claris verbis decidit, augumentum debere esse necessarium, nèc sufficere, si pro commodiori sustentatione factum sit.

E In

*In decisione autem* 435. *eiusdem Cavaler.* agebatur de dote necessaria in erectione collegiatæ, ex qua erectione augumentum cultus diuini necessarium resultabat: *& in dec* 449 de vnione facta secundum formam Concilij, in qua talis præcisa necessitas non requiritur: immo in illo casu vnio iam ex parte erat sortita suum effectum.

*Dec.* 109. *par.* 6. *recen.* loquitur de vnione ex parte ante regulam reuocatoriam effectuata, & in casu necessitatis, dum ab expulsione Maurorum reditus Ecclesiæ erant adeo diminuti, vt illa seruitio destituta remaneret.

*Decisio in Toletana Capellania coram Card. Pamphilio* non loquitur de augumento simpliciter, sed firmat augumentum debere esse necessarium.

Et *decisio in Lucana vnionis coram Ghisilerio* loquitur in casu præcisæ necessitatis Ecclesiæ, in qua deficiebat seruitium, & cultus diuinus prorsus negligebatur.

Et ità præcisè respondetur concilian do, ac tollendo quamlibet contrarietatis speciem in *d. dec.* 281. *num.* 25. *& seqq. & d. dec.* 337. *nu.* 25. 26. 27. *par.* 9. *recen.*

29 Postremò circa vnionem ex causa necessaria factam est aduertendũ, quod si Episcopus distributionibus quotidianis plurium præbendarum, aùt pluribus præbendis indistinctè benefitia aliqua vniuerit ex prætensa causa necessitatis, quarum præbendarum aliæ quidem sint tenues, aliæ secùs, vnio huiusmodi tam quam nulla, & inualida in parte propter illius indiuiduitatem nulla erit in totum, *dec.* 237. *nu.* 37. *par.* 9. *recen. & dec.* 174. *nu.* 12. *par.* 10. *& dec.* 53. *nu.* 10. *par.* 11.

30 Et ad cognoscendam tenuitatem, & insufficientiam redituum, in calculo reditus adscribi debent non solùm distributiones, & incerta, sed etiam fructus præbendæ, vt in *d. decis.* 174. *num.* 10. *par.* 10. *recen.*

Vnio enim ex causa necessaria facta vt subsistat, tenuitas prębendarum cum tenuitate distributionum quotidianarum debet copulatiuè concurrere, ita vt vna sine alia non sufficiat ex *alleg. in decis.* 53. *n.* 9. *par.* 11 *recen. inter impress. Card. Cels. decis.* 96. *cum not. in cap. sequen.* 13.

31 Item aduertendum, quod Ordinarius subsistente causa necessitatis potest compelli ad vnionem faciendam. *decis.* 222. *nu.* 1. *par.* 9 *recen.*

32 Et si mandauit vnionem fieri alicui Ecclesiæ, vigore talis mandati dicitur quæsitum d. Ecclesiæ ius ad rem, ita vt de Ecclesia vnienda non possit successiuè Ordinarius prouidere per concursum, cum non sit locus pœnitentiæ, quãdo vnio fit ex iustitia, & non ex gratia. *decis. ead. num.* 2. 3.

## De Solemnitatibus in vnione adhibendis.

## CAP. IX.

### SVMMARIVM.

1 *Solemnitates omnes in vnione requiruntur, quæ in alienatione rerum Ecclesiæ sunt necessariæ.*

2 *Scriptura est in vnione necessaria.*

3 *Tractatus in vnione an requiratur.*

4 *Consensus Capituli in vnione ab Episcopo facienda est necessarius, aliàs vnio corruit.*

5 *Et quare. num.* 5.

6 *Limita si beneplacitum sit reseruatum, & postea superuenerit. nu* 6.

7 *Vnionis nullitas ex defectu consensus an per tertium opponi possit, an per Capitulum tantum, variæ fuerunt in Rota opiniones.*

8 *Consensus Capituli etiam post factam vnionem potest adhiberi, quidquid aliàs Rota senserit.*

9 *Consensus Capituli requiritur non obstante consuetudine, aùt præscriptione in contrarium.*

10 *Consensus Capituli requiritur etiam in vnione pauperi Ecclesiæ per Episcopum*

tam-

*tamquam Sedis Apostolicæ delegatum faciendæ.*

11 *De Legato Papæ ad Episcopum in vnione procedentem vti delegatum à Conc. Trid. non bene arguitur.*

12 *Legatus non habet consortium, & coniunctionem cum Capitulo, quam habet Episcopus.*

13 *Capituli consensus requiritur etiam in vnionibus per Episcopum faciendis propter tenuitatem præbendarum, & distributionum in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis insignibus.*

14 *Capituli consensus regulariter requiritur in omnibus vnionibus factis vigore Sacri Conc. Trid.*

15 *Vniones propter tenuitatem præbendarum faciendæ per Episcopum fieri debent præbendis Ecclesiæ Cathedralis distributiuè, & non mensæ Capitulari*

16 *Vnio facta propter tenuitatem distributionum non tenet, nisi etiam concurrat tenuitas fructuum præbendarum: item præcisa necessitas. nu. 17.*

18 *In vnionibus pro erectione Seminarij faciendis requiritur interuentus, & consilium duorum de Capitulo, & duorum de Clero.*

19 *Solemnitas an sit necessaria, quando est data facultas vniendi eam habenti.*

20 *Pro erectione Seminarij etiam beneficia reseruata, vel affecta possunt vniri: non tamen omnia beneficia reseruata, sed ea tantum, quæ essent reseruata tempore vacationis. nu. 21.*

*Limita in Cardinalibus Episcopis habentibus indultum conferendi non obstantibus quibusuis reseruationibus. num. 22.*

23 *Rota declarationes Sac. Congreg. Conc. Trid. interpretum solet reuerenter suscipere.*

24 *Ad validitatem vnionis pro erectione Seminarij factæ quæ requirantur. Item num. 28.*

25 *Vnio pro Collegiata erigenda non valet.*

26 *Donatio fieri non potest Collegio futuro, aut Ecclesiæ nondum ædificatæ.*

27 *Seminarium quando dicatur erectum.*

29 *Consensus Capituli vel dissensus non attenditur, quando adest iusta causa vniendi: quia tunc Capitulum potest compelli, vt consentiat.*

30 *Causa iusta vnionis faciendæ reputatur insufficientia redituum ad sustentandum Rectorem: de qua causa Ordinarius debet cognoscere, vt possit ad vnionem deuenire. nu. 31.*

32 *Capituli consensus in vnione mensæ Episcopali aut Capitulari facienda non sufficit: sed requiritur auctoritas Papæ. nu. 33.*

34 *Vniones mensis Episcopalibus solent fieri consistorialiter.*

35 *In vnione mensæ Episcopali, aut Capitulari facienda præter consensum Capituli auctoritas Papæ requiritur, etiamsi vnio facta non fuerit principaliter ipsi Capitulo, sed ex consequenti resultet in illius vtilitatem.*

*Similiter etiamsi Episcopus esset Cardinalis, qui haberet indultum conferendi beneficia reseruata. nu. 36.*

*Similiter etiamsi Episcopus procedat tamquam Sedis Apostolicæ delegatus vigore Conc. Trid. nu. 37.*

38 *In vnione Capitulo facienda præter auctoritatem Papæ requiritur consensus Rectoris beneficij vniti.*

39 *Episcopus in vnionibus faciendis debet vocare eos, quorum interest, tam de iure communi, quam ex dispositione Sac. Conc. Trid.*

40 *Patronus in vnione beneficij patronati vocari debet, siue sit Laicus, siue sit Clericus.*

41 *Patroni vbi plures sunt, omnium consensus in vnione requiritur.*

42 *Patroni consensus requiritur, etiamsi vnio fiat Seminario.*

43 *Rectoris Ecclesiæ vnitæ consensus in vnione non est necessarius: & quare num 44.*

*Limita in vnione factà Capitulo. n. 45.*

46 *Legatus de Latere non tenetur in vnione Capituli consensum requirere.*

47 *Inter Legatum, & Capitulum nulla intercedit coniunctio.*

48 *Legatus de Latere non potest vnire sine consensu Patronorum, vel non vocato*

*cato Ordinario.*

*Et si vniuerit sub conditione, quatenus accedat consensus Patroni, & de consensu non constet, vnio est nulla. n. 49.*

50 *In vnione per Legatum facta de benefitio patronato sufficit consensus Patroni sine consensu Capituli: in vnione facta per Episcopum vtriusque consensus requiritur.*

51 *Capitulum non potest vnire sine consensu Episcopi.*

52 *Vnio facta à Capitulo sine consensu Episcopi prabet titulum putatiuum sufficientem ad prascribendum.*

53 *Vnio facta per Vicarium sine spetiali mandato Episcopi prabet titulum coloratum, qui cum quadragenaria sufficit ad prascribendam.*

54 *Forma rescripti ad vnguem seruari debet per eum, cui vniendi facultas ad effectum certa vnionis facienda per Papam concessa fuerit.*

*Amplia vt nu. 55.*

56 *De forma non censetur, vt omnia expressa in motu proprio Papa coniunctim fiant.*

57 *Solemnitas nulla requiritur in vnione facta à Pontifice.*

58 *De vnionis Apostolica validitate dubitari non potest, cum Papa in benefitialibus amplissimam habeat potestatem. num. 59.*

60 *Papa etiam sine causa vnire potest, dummodo ex certa scientia procedat.*

61 *Pro vnionis Apostolica validitate prasumitur, donec contrarium probetur, & siue auctoritas Apostolica pracesserit, siue superuenerit. nu. 64.*

62 *Probationes plena, & concludentes requiruntur ad infringendam vnionem factam auctoritate Apostolica: eo magis, si accedat longa obseruantia vnionis. 63.*

65 *Beneplacitum Apostolicum supplet omnem solemnitatem: maximè si adsit clausula, vt non possit opponi de obreptione, subreptione &c. nu. 66.*

67 *Vnio facta ab Episcopo, & à Papa confirmata cum integra insertione illius tenoris dicitur Papalis, & tamquam Papalis debet obseruari.*

68 *Confirmatio Apostolica operatur, vt vnionis validitas controuerti non possit, etiamsi plura benefitia vnita fuerint, & in vno tantùm confirmatio ostendatur: & etiamsi vnio à Papa scismatico facta fuerit, dummodo confirmans sit Papa legitimus. nu. 69.*

70 *Confirmans actum nullum nouam facit concessionem, & ampliationem.*

71 *Clausula in confirmatione apposita, de nouo vnimus, seù perpetuo vnimus annectimus, & incorporamus, siue ex vberiori gratia vnimus, habent vim noua concessionis. Item nu. 72. 73.*

74 *Vnio facta per Papam tenet etiam in praiuditium tertij, veluti Patroni, aut collatoris, si Papa sciuerit quod benefitium ad alicuius collationem seù præsentationem spectabat: secùs, si nesciuerit.*

75 *Vnio facta per Papam de benefitio spectante ex particulari statuto ad collationem inferioris Episcopo, veluti Capituli, corruit ex mentis defectu: secùs, si Papa vniuerit benefitium spectans ad collationem Episcopi. nu. 76.*

77 *In Papa præsumitur ignorantia eorum, qua ex priuilegio, non autem eorum, qua iure communi competunt.*

78 *Vnio facta per Papam est valida absque vlla solemnitate, dummodo non sit subreptitia, vel obreptitia.*

79 *Obreptitia est vnio, si Papa narratum fuerit, benefitium esse perpetuum, quod re vera sit manuale.*

80 *Subreptitia est vnio, si impetratum fuerit benefitium manuale non facta mentione manualitatis.*

*Item si non fuerit specificatus numerus benefitiorum, qua veniunt in vnione, num. 81.*

*Item si non narretur qualitas benefitiorum annexorum. nu. 82.*

83 *Vnio est subreptitia, si non fuit narratum Papa, quod ex annexis aliqua benefitia essent de iure patronatus Laicorum.*

84 *Subreptitia est vnio, si non fuit facta mentio cura animarum, qua benefitio anne-*

*annexo imminebat.*

*Declara, & limita vt nu.* 85. 86.

87 *Subreptitia est vnio, si non fuit narratum, quod beneficium annexum esset Prioratus in Ecclesia Collegiata, & quod requirebat residentiam: vel quod esset dignitas monocularis. nu.* 88. *vel quod Prior haberet iurisdictionem, & esset caput in alia Ecclesia. nu.* 89.

90 *Nulla est vnio, si verus valor beneficij narratus non fuerit.*

91 *Valor beneficij secundum communem æstimationem, & non secundum sterilitatem, vel vbertatem exprimi debet.*

92 *Nulla est vnio facta à Papa de benefitio, quod ignorauit, ab alio Papa antecessore fuisse alias vnitum.*

*Amplia vt nu.* 93.

94 *Vnio facta per Papam mensa Episcopali subsistit, etiamsi Episcopus de benefitijs aliàs sua mensæ vnitis mentionem non fecerit.*

1 IN vnione requiruntur omnes solemnitates, quæ in alienatione rerum Ecclesiæ. *Canaler. decis.* 439. *nu.* 1.

2 Et proinde est necessaria Scriptura. *decis.* 606. *n.* 5. *par.* 3. *recen.*

3 Item videtur necessarius tractatus, cum vnio inter perpetuas alienationes enumeretur, vt superius est dictum, & in alienationibus perpetuis tractatus requiratur. *decis.* 1. *de rebus Eccles. non alien. in nou. & decis.* 318. *nu.* 26. *par.* 5. *recen.*

Quod deduci videtur etiam ex *decis.* 5. *de rebus Eccles. non alien. in antiquior.* vbi quod potest Episcopus alteri committere, vt tractet cum Capitulo super causis vnionis faciendæ, & si relationem habeat, quod Capitulum iustam vniendi causam reputauerit, potest suum decretum interponere, etiamsi cum Capitulo tractatum coram non habuerit.

Et confetunt decisiones. *Bellamer.* 513 & 514. vbi ex eo quod in vnione facienda per Legatum non requiritur consensus Capituli, arguitur neque requiri tractatum; nam à contrario, vbi requiritur consensus Capituli, prout in vnione facienda per Episcopum ex infra dicendis, videtur etiam tractatum esse necessarium.

Contrarium tamen expressè decisum habemus in antiqu. *decis.* 1. *de rebus Eccles. non alien. & in antiquior. decis.* 1. *tit. eod.* vbi quod licet in alijs alienationibus tractatus requiratur, in vnione tamen non est necessarius, & licet videatur obstare *tex. in cap. fin. de his quæ fiunt à Prælato &c.* Rota tamen hanc tenet opinionem per *tex. in Clem. si vna. de reb. eccles. non alienan.* vbi nihil de tractatu.

Et maximè, quando beneficium, cui fit vnio, est in eadem diœcesi. *d. decis.* 1. *de reb. eccles. non alien. in antiquior.*

4 Præterea, si vnio fiat ab Episcopo, requiritur consensus Capituli, aliàs non tenet. *Pastol. in suis decisionibus causa.* 2. *dub.* 5. *nu.* 1. & *causa.* 8. *dub.* 26. *Seraph. decis.* 1078. *nu.* 2. *Canaler. decis.* 411. *nu.* 2. & *par.* 2. *diuers. decis.* 133. *nu.* 2. & *recen. par.* 2. *decis.* 455. *nu.* 5. & *par.* 5. *decis.* 294. *n.* 17. & *decis.* 318. *num.* 15. & *seqq.* Quod, & in dismembratione procedit. *decis.* 633. *n.* 2. *par.* 4. *diuers. & decis.* 239. *n.* 5. 6. & *decis.* 484. *nu.* 6. *recen. par.* 1. *Seraph. decis.* 1062. *nu.* 2. *Add. ad Gregor. XV. decis.* 504. *num.* 9.

5 Et hoc propter arctissimam coniunctionem, & consortium, quod est inter Capitulum, & Episcopum, qui ideo negocia ardua solus sine consensu Capituli expedire nequit. *Bellamer. decis.* 513. & *recen. par.* 9 *decis.* 222. *nu.* 4.

6 Nisi tamen vnio fieret cum expressa reseruatione beneplaciti Apostolici, quod postea superuenerit: quia Papæ auctoritas supplet defectum cuiuscumque solemnitatis. *Canaler. d. decis.* 411. *num.* 2. 3.

7 Et quia hæc solemnitas fauore Capituli fuit introducta, non autem fauore Ecclesiæ: ideo de illius defectu solùm Capitulum potest opponere ad in-

star

ftar alienationum rerum Ecclesiæ, quæ ita demùm sunt nullæ, si placet Ecclesiæ. *decis.* 133. *nu.* 10. *par.* 2. *divers.* & *decis.* 318. *nu.* 48. *part.* 5. *recen.*

Rota tamen in hoc articulo variauit, quia contrarium tenuit in *decis.* 455. *n.* 5. *par.* 2. *recen.* & *decis.* 294. *nu.* 29. & *seqq. par.* 5. Eo quia consensus Capituli non requiritur ob eius interesse, cum non agatur de præiudicio Capituli, sed pro solemnitate vnionis ad publicam vtilitatem, ne passim, ac temerè vniones fiant, vt notatur in *decis.* 222. *nu.* 9. 10. *par.* 9. *recen.*

8 Cæterum consensus Capituli adhiberi potest etiam post factam vnionem, prout sequendo antiquam opinionem. *Rota in decis.* 173. *num.* 9. 10. & *seqq. par.* 2. *divers.* & recedendo à decisis *in* 2. *par. recen. decis.* 455. *nu.* 5. & *par.* 5. *decis.* 294. *nu.* 19. & *seqq* vbi quod in ipso actu, vel incontinenti consensus Capituli debet interuenire, resoluit. *Rot. ead. par.* 5. *recen. decis.* 318. *n.* 41. & *seqq. per tot.*

Quod tamen admittere videtur etiā *d. decis.* 244. *num.* 32. *par.* 5. *recen.* vbi ante litem cęptam consensus Capituli interuenerit, licet contrarium firmet, vbi super nullitate actus iuditium fuit inchoatum.

9 Amplia principalem conclusionem de consensu Capituli per Episcopum requirendo, vt procedat etiam non obstante consuetudine, aùt præscriptione in contrarium. *in decis. Fastol. causa.* 2. *dub.* 26.

10 Amplia secundo vt procedat etiam in vnione pauperi Ecclesiæ facienda, vt Dei cultus in ea dignè exerceri valeat iuxta facultatem à *Sac. Trid. Concilio sess.* 21. *cap.* 5. *de reform.* Episcopis concessam, ibi possint Episcopi tamquam Sedis Apostolicæ delegati iuxta formam iuris &c., quæ vltima verba de consensu Capituli esse intelligenda Sac. Congregatio *Conc.* Interpretum declarauit, vt refert *Seraph. decis.* 1078. *nu.* 5. & *Garz. de benef. par.* 12. *cap.* 2. *n.* 158. & *seqq.* Sequitur *Rot. decis.* 222. *nu.* 5. & *seqq. par.* 9. *recen.* vbi refellitur contraria sententia. *Nauarri cons.* 10. *de offic. delega.* & *Zerol. in prax. Episcop. par.* 2. verbo, vnio, §. 9. vti maxime

11 le arguentium à Legato Papæ ad Episcopum delegatum, cum ille non habeat

12 beat consortium cum Capitulo, quod habet Episcopus, licet procedat tamquam delegatus vigore Concilij, vt pluribus comprobat *Seraph. loco citato.*

13 Tertio amplia vt procedat etiam in vnionibus ab Episcopo faciendis propter tenuitatem præbendarum, & distributionum in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, vt Canonicorum gradus pro loci, & personarum qualitate decenter sustineri possit iuxta *Conc. Trid. sess.* 24. *cap.* 15. *de reform.* Quia etiam tali casu Conc. Trid. expressè iniungit Episcopo, vt consensum Capituli requirat, sub illis verbis, *liceat Episcopis cum consensu Capituli, &c.* Quæ forma à Concilio præscripta debet præcisè obseruari, aliàs vnio est nulla, vt sæpius per Rotam declaratum notat. *Add. ad decis.* 576. *nu.* 84. *versic. insuper par.* 4. *tom.* 3. *recen.* Et

14 regulariter procedere in omnibus vnionibus factis vigore Concilij tradit *Merlin. decis.* 713. *num.* 11., vbi quod ita sępius respondit *Sac. Congregatio Eminen. Card. conc. interpretum, & in decis.* 837. *nu.* 5.

15 Sed notandum, quod huiusmodi vniones fieri debent præbendis Ecclesiæ Cathedralis distributiuè, & non mensæ Capitulari: aliàs nullæ sunt, nisi auctoritas Papę intercesserit. *decis.* 565. *nu.* 1. *par.* 2. *recen.* & *decis.* 196. *nu.* 1. & *seqq. par.* 7. *Add. ad d. decis.* 576. *nu* 85. & *seq par.* 4. *tom.* 3.

16 Item notandum, quod vnio facta propter tenuitatem distributionum non tenet, nisi concurrat etiam tenuitas fructuum præbendarum, quia per applicationem tertiæ partis fructuum præbendarum potest succurri necessitati Canonicorum. *Rot. dec.* 68. *nu.* 16. *par.* 4. *tom.* 2. cum relatis per *Add. ad d. dec.* 576. *nu.* 77. & *seq. par.* 4. *tom.* 3. *recen.*

Item

17 Item præter tenuitatem distributionum, & præbendarum debet concurrere præcisa necessitas, ità vt non sufficiat sola decentia, & commodior sustentatio Canonicorum. *Add. ad d. dec.* 576. *nu.* 81. *& seqq.* cum not. in Cap. præcedenti.

18 Quarto amplia, vt procedat etiam in vnionibus pro erectione Seminarij faciendis: quia licet Episcopus non teneatur in eis consensum vniuersi Capituli requirere, necessarius tamen est interuentus, & consilium duorum de Capitulo, & duorum de Clero iuxta formam traditam à *Sac. Conc. Trid. sess.* 23. *cap.* 18. *de reform.* de qua *Merlin. d. dec.* 713. *nu.* 11. *& Cæsar de Graff. dec.* 11 *in princ. de reb. Eccles. non alien*; vbi etiam sub *nu.* 4. quod dispositio Concilij locum obtinet non solùm in applicandis fructibus benefitiorum, sed etiam in applicandis, & incorporandis ipsis benefitijs.

Nec prædictis obstat, quod, cum Episcopus habeat facultatem vniendi iure suo, si vnionem faciat vigore Concilij, videtur vnio subsistere etiam non petito consilio: quia quando data est fa-
19 cultas vniendi eam habenti, non videtur necessaria solemnitas iuxta *Glos. in Clem.* 1. *verbo, inhibentes, de iurepatr.* Etenim *d. Glosa* magnas patitur difficultates, & a multis reprobatur, vt respondit *Rot. apud Cæsar de Graff. d. dec.* 1. *nu.* 6. 7. *de reb. eccles. non alien.*

20 Sed circa vniones pro erectione Seminarij faciendas notandum primo, quod ex d. dispositione Concilij possunt vniri pro erectione Seminarij etiam benefitia reseruata, vel affecta. *Caualer. dec.* 472. *nu.* 5. *& dec.* 628. *nu.* 2.

21 Secundo notandum, & declaratione Concilij confirmata per Decretum *fa: me: Clementis VIII.* non possunt Episcopi vnire omnia benefitia reseruata, sed ea tantùm, quæ essent reseruata tempore vacationis, non autem ea, quæ ante vacationem: quod tamen decretum non comprehendit Cardinales Episcopos
22 habentes indultum conferendi non obstantibus quibusuis reseruationibus, vt pluries declarauit *Sac. Congregat. Emin. Cardinalium Conc. interpretum. Caualer. d. dec.* 628 *nu.* 2. 3. vbi etiam sub *nu.* 8. quod licet aliàs *Sac. Congregatio stante d. decreto Clementis VIII.* declarauerit, quod Cardinalis habens indultum non possit vnire reseruata de tempore vnionis, sed tantùm de tempore vacationis: superuenerunt tamen nouæ declarationes, quas Rota solet reueren-
23 ter suscipere, illisque acquiescere, per quas statuitur, Episcopum habentem indultum posse vnire etiam reseruata de tempore vnionis.

Tertio notandum, quod ad validira-
24 tem vnionis pro erectione Seminarij factæ duo requiruntur. Primum est, quod Seminarium de tempore vnionis esset erectum iuxta *dec.* 361. *nu.* 3. *par.* 2. *recen.* Nam vnio Seminario nondum erecto fieri nequit. *Millin. dec.* 165. *nu. Merlin. dec.* 837. *nu.* 1. *& par.* 4. *diuers. dec.* 835. *nu.* 5. *& dec.* 836. *nu.* 3. 4. *& par.* 4. *tom.* 2. *recen. dec.* 373. *nu.* 2. *& ibi Add. num.* 20. Prout non valet vnio
25 pro Collegiata erigenda. *decis.* 309. *num.* 3. *par.* 3. *recen.* Nec donatio facta
26 Collegio futuro, aut Ecclesiæ nondum ædificatæ. *Merlin. d. dec.* 837. *nu.* 1. *in fi. & par.* 4. *diuers. d. dec.* 836. *nu.* 2.

27 Seminarium autem dicitur erectum, quando Collegium fuit institutum in domo seu conductitia, seu aliter obtenta: cum Seminarium non constet ex parietibus, & domicilio, sed ex cætu puerorum simul literas addiscentium; proinde Collegio taliter instituto pro instiuenda fabrica, & subministrandis alimentis, & alijs necessarijs contributio ex fructibus benefitiorum, & vnio subsequenter est facienda. *dec.* 835. *nu.* 4. 6. *& d. dec.* 836. *nu.* 4. *par.* 4. *diuers. & Merlin. d. dec.* 837. *nu.* 2. vbi quod Rota perpetuo tenuit hanc opinionem, quod ad hunc effectum non sufficiat domus pro Seminario constructa, nisi pueri seu scholares in eam fuerint introducti, & quod in hoc secuta est sententiam *Sac. Congregationis Emin. Cardinalium*

*nalium Concilij interpretum.*

28 Secundum requisitum est, quod præcedat dismembratio fructuum ipsius Cathedralis, & aliorum benefitiorum Diœcesis proportionabiliter iuxta dispositionem *Sac. Conc. Trid. d. sess. 23. cap. 18.* de qua *Merlin. d. dec.* 837. *num.* 5. *Caualer. d. dec.* 472. *nu.* 2. *& par.* 4. *diuers. d. dec.* 835. *num.* 6. *& recen. par.* 2. *dec.* 361. *nu.* 7.

Ex præmissis patet, quam necessaria sit solemnitas consensus Capituli in vnionibus per Episcopum faciendis.

29 Vno tamen casu illius defectus non attenditur, videlicet quando concurrit iusta causa: tunc enim frustra quæritur de consensu, seù dissensu Capituli, cum tali casu Capitulum compelli possit, vt consentiat. *dec.* 222. *n.* 11. *par.* 9. *recen.*

30 Et iusta causa ad hunc effectum reputatur insufficientia redituum ad sustentandum Rectorem, quæ inducit necessitatem vnionis. *d. dec.* 222. *nu.* 12. *post Seraph. dec.* 1078. *nu.* 4. De ea ta-
31 men Ordinarius debet cognoscere, aliàs ad vnionem venire nequit. *ead. dec.* 222. *n.* 13. *Dunozet. dec.* 584. *n.* 12.

32 Verùm quibusdam casibus consensus Capituli nequidem sufficit, veluti in vnione mensæ Capitulari, vel Epis-
33 copali facienda, in qua Papæ auctoritas requiritur, vt in *Clemen. si vna. de reb. eccles. non alien. Pen. dec.* 1282. *n.* 2. *& dec.* 1379. *nu.* 5. Et ratio est, ne ijdem de Capitulo videantur auctorizare in re sua, quod fieri non debet. *dec.* 1. *ante nu.* 3. *de eccles. ædifican. in antiqu.*

34 Immo vniones mensis Episcopalibus solent fieri consistorialiter. *dec.* 175. *nu.* 4. *par.* 4. *recen.*

35 Amplia, etiamsi non principaliter ipsi Capitulo, sed fauore alicuius dignitatis, aùt Capellanorum vnio facta fuerit, ex consequenti tamen resultet in vtilitatem Capituli. *Rot. in antiqu. dec.* 3. *in fi. de reb. eccles. non alien. Pen. d. dec.* 1379. *n.* 8. *vers. Nec subsistebat &c.* Licet contrarium senserit in *dec.* 1. *n.* 2. *vers. & supposita, & num. seqq. de eccles. ædific. in antiqu. vbi ad Clem. si vna. de reb. eccles. non alien.* respondet, illius dispositionem procedere, cum vnio fit directè, & principaliter ipsi Capitulo.

36 Amplia, etiamsi Episcopus esset Cardinalis, qui haberet indultum conferendi benefitia reseruata, & de illis libere disponendi: quia nihilominus auctoritas Papæ esset necessaria, cum indultum non tribuat facultatem vniendi, & supprimendi benefitia, sed solùm remoueat obstacula reseruationum, neque augeat facultatem Ordinarij præter id, quod ei competebat circumscriptis reseruationibus. *Pen. d. dec.* 1379. *nu.* 8. vbi quod sæpe fuit ita decisum.

37 Rursus amplia, vt requiratur auctoritas Papæ, etiamsi Episcopus procedat tamquam Sedis Apostolicæ delegatus vigore *Concilij sess.* 21. *cap.* 5. *de reform.* Quia licet Concilium dicat, posse Episcopos facere vniones, addit tamen iuxta formam iuris, & in casibus à iure permissis, & consequenter debent interuenire requisita à iure, videlicet auctoritas Papæ, quando fit vnio ad fauorem Capituli. *Pen. d. dec.* 1379. *nu.* 9.

38 Præterea in vnione Capitulo facienda præter auctoritatem Papæ requiritur consensus Rectoris benefitij vniti. *Pen. dec.* 1282. *num.* 3. quidquid sit in alijs vnionibus, vt infra dicetur.

39 Sed redeundo ad solemnitates quæ regulariter in vnionibus, neque Capitulo, neque mensæ Episcopali factis, sunt necessariæ, præter requisitionem consensus Capituli debet Episcopus vocare eos, quorum interest, aliàs vnio facta non tenet tàm de iure communi, quàm ex forma per *Sac. Conc. Trid. in dicta sess.* 7. *cap.* 6. *de reform.* vt habetur in *dec.* 133. *nu.* 4. *par.* 2. *diuers. & dec.* 445. *num.* 6. *par.* 2. *recen. & apud Dunozet. dec.* 640. *num.* 15. vbi quod vnio ex dispositione *Conc. d. cap.* 6. præsumitur surreptitia, nisi probetur, eam ex legitimis causis, & vocatis quorum interest, factam fuisse: quod tamen (*sub dit nu.* 18.) videtur intelligendum de vnione subiectiua, seù tituli extinctiua, non autem de vnione æquè principali-

ter

liter facta.
40 Hinc in vnione benefitij patronati
Episcopus debet vocare patronum. *in*
*decis. Fastol. caus. 2. dub. 6.* vbi repro-
batur distinctio eorum, qui tenuerunt,
vocandum esse Patronum, si sit Laicus,
non autem si Clericus *Verall. dec. 346.*
41 *par. 3.* vbi quod si plures sint patroni,
omnium consensus requiritur, *& recen.*
*par. 1. decis. 688. num. 2. & par. 5. tom.*
*2. decis. 505. nu. 5.*
42 Quod procedit, etiamsi vnio fiat se-
minario, quia nihilominus requiritur
consensus Patroni. *Merlin. decis. 837.*
*nu. 8. Add. ad decis. 373. num. 26. par.*
*4. tom. 2. recen.* Similiter, & in dismem-
bratione. *decis. 193. nu. 9. par. 4. tom. 2.*
*recen. & decis. 223. nu. 4. par. 6. & dec.*
*6. nu. 4. & decis. 68. nu. eod. par. 7.* vbi
etiam quod requiritur consensus Paro-
chianorum, de quorum interesse princi-
paliter agitur.

E contra vnio per Episcopum facta
de consensu Capituli tenet non vocato
Rectore Ecclesiæ vnitæ *ad tex. in Clem.*
*si vna de reb. Eccles. non alien. & decis. 1.*
43 *nu. 2. tit. eod in nou. & decis. 565. n. 2.*
*3 par. 5. tom. 2. recen. & apud Seraph.*
*decis. 1078. nu. 3. Manti. decis. 87. n. 6.*
*Add. ad decis. 2. de offit. lega. in nou.*
44 Et ratio est, quia per vnionem non
fit præiuditium Rectori, cùm vnio non
sortiatur effectum nisi post mortem ip-
sius, & ideo eius non interest vocari,
prout habetur in *decis. 133. nu. 13. par.*
*2. diuers.*
45 Limita tamen in vnione facta ipsi
Capitulo, in qua, vt supra notauimus,
auctoritas Papæ, & consensus ipsius Re
ctoris exigitur. *Pen. d. decis. 1282. n. 3.*
Prout etiam in dismembratione Recto-
ris consensus omnino requiritur, aliàs
dismembratio est nulla. *decis. 1. nu. 2.*
*de reb. Eccles. non alien. & decis. vnic. in*
*si. de his quæ fiunt a Prala. decis. 524.*
*par. 1. diuers. & decis. 224. nu. 4. par.*
*6. recen. & decis. 68. nu. 4. par. 7.*

Et hæc quoad solemnitates per Epis
copos in vnione seruandas.
46 Sed si Legatus de Latere vnionem
fecerit, non tenetur requirere consen-
sum Capituli. *Bellamer. dec. 513. Add.*
*ad decis. 2. de offic. Lega. in nou.*
47 Quia inter ipsum, & Capitulum nul-
la intercedit coniunctio. *Bellamer. de-*
*cis. ead. & decis. 514. & recen. par. 9. de-*
*cis. 222. nu. 6.*
48 Non potest tamen vnire sine consen
su Patronorum, vel non vocato Ordi-
natio, quia est in præiuditium Ordina-
rij. *Verall. decis. 350. nu. 1. 2. par. 3.*
49 Et si vniuerit sub conditione, qua-
tenus accedat consensus Patroni, & de
consensu non constet, vnio est nulla *Ve-*
*rall. d. decis. 350. nu. 4.*

Quare maior solemnitas requiritur
in vnione facta per Episcopum, quam
per Legatum;
50 Quia Legatus potest vnire benefi-
tium Patronatum sine consensu Capi-
tuli, dùm accedat consensus Patroni: at
vnio facta per Episcopum de consensu
Patroni non tenet, nisi etiam accedat
consensus Capituli, vt latè deducitur in
*decis. 688. nu. 2. par. 1. recen.*
51 Similiter Capitulum non potest vni-
re sine consensu Episcopi propter illius
præiuditium; si tamen vniuerit sine eius
consensu, vnio huiusmodi præbet titu-
lum putatiuum sufficientem ad præscri-
52 bendum. *decis. 458. nu. 73. & seq. par.*
*5. tom. 2. recen.*
53 Prout à simili vnio facta per Vica-
rium sine speciali mandato Episcopi
præbet titulum coloratum, præsertim
accedente consensu Capituli iuxta
*Mohedan. decis. 3. de offic. Vicar.* Qui ti-
tulus cum quadragenaria possessione
benefitij vniti sufficit ad præscriben-
dum. *Pen. decis. 30. nu. 8. 9.*
54 Quod si vniendi seù dismembrandi
facultas data fuerit per Papam Cardi-
nali, aùt alij ad effectum certæ vnionis
seù dismembrationis faciendæ, forma
rescripti per eum ad vnguem seruari
debet, alias vnio seù dismembratio est
nulla. *Manti. decis. 355. nu. 3. & re-*
*cen. par. 4. decis. 439. num. 5. & par. 7.*
*decis. 6. nu. 4. & decis. 68. nu. 4. 5.*
55 Amplia vt procedat, etiam in vnio-

ne facta per Episcopum de benefitio reseruato vigore, *Conc. Trid. sess.* 23. *cap.* 18. *de reform*, Quia cùm Episcopus habeat hanc potestatem sub certa forma, debet omnino seruari talis forma sub pœna nullitatis. *Cæsar de Graff. de rebus eccles. non alien. decis.* 1.*n.* 11. 12. Congruit *decis. Merlin.* 713.*nu.* 11. *&* *decis.* 837.*nu.* 1.

56 Notandum tamen quod non omnia, quæ sunt expressa in motu proprio Papæ, sic habent intelligi tradita pro forma, vt coniunctim fiant. *Mantic. d. decis.* 335.*num.* 4.

Ideo, cum vniendi facultas data esset pro erectione Vicariæ perpetuæ, & certi numeri Beneficiatorum, & erecto vno tantum benefitio pro vno ex dictis Beneficiatis decessisset is, qui hanc vniendi facultatem obtinuerat, resolutum fuit coram *Mantic. d. decis.* 335.*nu.* 3. *& seq.*, erectionem dicti benefitij non posse dici nullam, aùt imperfectam, eoquia erectio Vicariæ, & aliorum benefitiorum pro alijs Beneficiatis facta non fuerit iuxta formam in motu proprio præscriptam; etenim non fuit dictum in motu proprio, vt erectio omnium benefitiorum coniunctim fieret, sed cum benefitia vacare contigerit, ideo erectio fieri potuit tempore successiuo, prout daretur occasio vniendi, & dotem assignandi, nèc enim fieri poterat vnico contextu, & ex omni parte absolui, cum difficilimum esset, vt omnium benefitiorum simul eodem tempore vacatio contingeret; & dicta resolutio fuit coram *eod. Mant. confirmata decis.* 359. *nu.* 3. *& per tot.*

57 Demùm si vnio a Pontifice facta fuerit; nulla desideratur solemnitas, nèc de illius validitate potest dubitari, cùm
58 Papa in benefitialibus habeat amplis-
59 simam potestatem. *Pen. decis.* 572. *nu.* 8. *& recen. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 448. *n.* 2. *cum adduct. per Add. ad decis.* 576. *nu.* 101. *in fi. ead par.* 4. *tom.* 3.

60 Vndè etiam sine causa vnire potest, dummodo ex certa scientia procedat. *decis.* 506. *nu.* 4. *par.* 2. *recen.*

61 Et pro validitate vnionis factæ authoritate Apostolica præsumitur, donèc contrarium probetur. *decis.* 439. *n.* 2. *par.* 4. *recen.*

62 Adeoùt ad eam infringendam plenæ, & concludentes probationes requirantur. *decis.* 592. *nu.* 1. *par.* 4. *diuers. & decis.* 448. *n.* 13. *par.* 4. *tom.* 2. *recen.*

63 Eò magis si accedat longa obseruantia vnionis, quæ obscuras reddit contrarias probationes. *d. decis.* 439. *num.* 9. *par.* 4. *recen.*

64 Quod procedit, sine auctoritas Papæ ab initio intercesserit, vt in casu *dd. decis. Pen.* 572. *& par.* 4. *recen. decis.* 439. Vbi Vicarius vniuerat vigore literarum Apostolicarum, & apud *Dunozet. decis.* 640. *nu.* 2. vbi dictum fuit, validitatem vnionis factæ à Capitulo Generali Religionis Hyerosolomitanæ vigore facultatis eidem a Papa concessæ non posse controuerti, cùm talis vnio auctoritate Apostolica facta dicatur Papalis; siue postea confirmatio Apostolica fuerit obtenta, quia vbi adest beneplacitum Apostolicum, defectus solemnitatis obyci nequit. *Merlin. decis.* 524. *n.* 1.

65 Etenim beneplacitum supplet omnem solemnitatem. *Seraph. decis.* 1080. *nu.* 6. *& par.* 2. *diuers. decis.* 65. *n.* 1.

66 Et præsertim si in confirmatione adsit clausula, vt opponi non possit de subreptione, obreptione, nullitate ex defectu citationis, aùt alio quocumq; cum clausula sublata, &c. *Merlin. d. decis.* 523. *nu.* 2.

67 Et quod de vnionis validitate dubitari non potest, quando fuit facta ab Episcopo, & à Papa confirmata, cum integra illius insertione, sed talis vnio tamquam Papalis obseruari debet, hoc enim operatur confirmatio Papæ cum insertione totius tenoris. *decis.* 174. *n.* 5. *par.* 7. *recen. & decis.* 361. *num.* 1. 2. *par.* 10. *& decis.* 224 *nu.* 3. 4. *par* 11.

68 Amplia, etiamsi vnio plurium benefitiorum facta fuerit, & illius effectuatio, ac confirmatio in vno tantùm ostendatur: quia confirmatio in vno conualidat vnionem in omnibus, prout vnio effe-

effectum sortita in parte dicitur effectuata quoad omnia. *Merlin. d. decis. 524. nu. 3. & par. 7. recen. decis. 574. num. 10.*

69 Amplia, etiamsi vnio, quæ fuit confirmata, à Papa schismatico facta fuerit, dummodo confirmans sit Papa legitimus, quia vnio ab initio nulla sumit vires à confirmatione, quæ habet vim nouæ concessionis, quando confirmat id, quod inualidum est; Est enim notum, quod confirmans actum nullum
70 facit nouam concessionem, & ampliationem. *decis. 145. nu. 2. & seqq. part. 7. recen.*

71 Eò facilius, si in confirmatione adsit clausula de nouo vnimus, quæ vim nouæ concessionis habet. *Caualer. decis. 411. nu. 3. ad Med.*

72 Proùt eamdem vim habet clausula, perpetuò vnimus, annectimus, & incorporamus. *Seraph. decis. 1432. nu. 1. & par. 2. diuers. decis. 36. nu. 7. & par. 2. recen. decis. 672 nu. 5. & par. 4. decis. 547. num. 1.*

73 Item verba, ex vberiori gratia vnimus. *Caualer. decis. 371. n. 4.* vbi etiam sub *n. 5.* quod verbum, incorporamus, adiectum verbis, vnimus, & annectimus, omnia complectitur, ita vt de pluribus vnum tantùm corpus efficiatur.

74 Principalem conclusionem de validitate vnionis factæ auctoritate Apostolica absque solemnitate amplia, vt procedat, etiamsi gratia inferat præiuditium tertio, veluti Patrono, aût collatori; nàm licèt regulariter vnio fieri nequeat absque eorum vocatione propter interesse quod habent, vt superius diximus; attamen si fiat à Papa, tenet etiam in præiuditium tertij, dummodo Papa scientiam habuerit, quod beneficium ad alicuius collationem, seù præsentationem spectabat. *Millin. decis. 46. post n. 1 versic.* Non obstat &c. *cum sup. not. cap. 2.* vbi quod sufficit, Papam habuisse scientiam in genere iuris tertij, quod tamen intellige iuxta declarationem ibi positam; Secùs, si Papa nō habuerit scientiam huiusmodi præiu-
75 ditij, quia tunc vnio corruit ex defectu intentionis, proùt de patrono dictum fuit in *Aquien. Archypræsbiteratus. 7. Non. 1602. coram Lancellotto, relata per Lotter. de re benef. lib. 1. q. 28. n. 162.*

Et de collatore inferiore ab Episcopo est dicta. *Millin. decis. 46. per tot.* vbi quod Papa non habuerat scientiam iuris conferendi ad Capitulum spectantis ex statuto illius Ecclesiæ, & ideo cū de iure Capituli in literis vnionis non esset facta specialis mentio, vnio erat inualida.

76 Quod quidem de vnione facta in præiuditium Episcopi dici non posset, cùm sit satis notum Papæ illius præiuditium, vt notat *Lotter. d. q. 28. nu. 63.* Etenim in Papa præsumitur ignorantia eorum, quæ ex priuilegio, non autem
77 eorum, quæ iure communi competunt, vt in *d. decis. Millin. 46. nu. 2. 3.*

78 Eamdem principalem conclusionem declara, vt procedat, quatenus vnio non sit subreptitia, vel obreptitia, quia scilicet Papæ non sit narratum, quod narrari debuerat, vel factum narratum fuerit; nam talis vnio dicitur ipso iure nulla. *Gregor. XV. decis. 450. nu. 1. & recen. par. 4. tom. 2. decis 354. nu. eod.* Ideo non attenditur. *decis. 248. nu. 11. par. 8. recen.*

79 Hinc obreptitia, & nulla est vnio, si Papæ narratum fuerit, quod beneficium sit perpetuum, & re vera sit manuale. *Merlin. decis. 370. nu. 7. in fi. Add. ad Buratt. decis. 929. nu. 7.*

80 Quod si impetrata fuerit vnio de benefitio manuali, & ad nutum superioris amouibili non facta mentione de manualitate, talis impetratio non est obreptitia, sed subreptitia. *Cassador. decis. 4. nu. 1. de praben.*

81 Item subreptitia est vnio, si non fuerit specificatus numerus benefitiorum, quæ veniunt in vnione. *Pen. decis. 385. nu. 2.* vbi etiam sub *nu. 4.* quod narratio generalis sub inuolucro verborum non liberat à subreptione.

82 Et generaliter subreptitia est vnio, si non narretur qualitas benefitiorum an-

nexorum. *Pen. d. dec.* 385. *nu.* 3. & ad hoc *Bellamer. dec.* 481. vbi de dispensatione retinendi Prioratum cum Episcopatu, tacita qualitate Prioratus.

83 Hinc subreptitia dicitur vnio, si non fuit narratum Papæ, quod ex annexis aliqua beneficia essent de iure patronatus laicorum: quia si Papa id sciuisset, longè difficilior fuisset ad concedendum. *Pen. d. dec.* 385. *nu.* 5.

84 Similitèr vnio est subreptitia, si non fuit facta mentio curæ animarum, quæ benefitio annexo imminebat. *Gregor. XV. dec.* 150. *num.* 2. 3. *Dunozet. dec.* 384. *n.* 6. *& seqq.* vbi quod Papa vnionem non confirmasset. vel saltem difficilius, si qualitatem benefitij intellexisset; nàm regulariter benefitiorum appellatione curata non veniunt, & curæ exercitium continet in se magnum periculum, cum sit ars artium, & tantò pretiosior, quantò periculosior.

85 Declara iuxta *Add. ad Gregor. XV. dec. ead. num.* 9. *& seqq.* vbi quod conclusio procedit, quatenus de cura nulla fiat mentio, secùs si cura fuerit per æqui pollens expressa, cùm non sit necessaria expressio specifica, sed sufficiat per æqui pollens, quando tamen æquipollens est necessarium ad curam, *vt in Aretina iuris visitandi.* 10. *Martij* 1593. *coram Gipsio.*

Quod si titulus principalis non haberet curam immediatam, sed solùm ratione annexionis, eoquia illi sit annexum benefitium curatum, tunc de huiusmodi cura accessoria non est facienda mentio, proùt coram *Rubeo* decisum refert *Garz. de benef. par.* 5. *cap.* 3. *nu.* 122. *& seq. in vna Zamoren. Archidiaconatus de anno* 1569.

Si autem Ecclesia sit curata habitu tantùm, eoquia recesserint Parochiani, & non habeat populum, an' in hoc casu facienda sit mentio curæ, extant decisiones *Seraph.* contrariæ; nàm in *dec.* 396. *nu.* 2. dictum fuit, non esse necessariam mentionem de cura habitu, cuius contrarium resoluitur in *dec.* 964. *nu.* 3. Sed hæc contrarietas distinctione tollitur, vèl enìm adest spes, Parochianos posse reuerti, & tunc necesse est facere mentionem de cura, vel spes non adest, quia per spatium 40. annorum Ecclesia Parochianos non habuerit, & tunc de cura non est facienda mentio, proùt distinxit. *Rota in vna Firmana Parochialis.* 16. *Dec.* 1558. *coram Quiroga,* relata per *Garz. d. cap.* 3. *nu.* 122.

86 Rursum limita dictam conclusionem, si Papa alicui concessit ex gratia, & per viam legis vniuersalis facultatem vniendi quæcumque benefitia: nàm tali casu veniunt etiàm curata, ideo eiusmodi qualitatis mentio non est necessaria, nèc talis vnio, quę tamquam facta auctoritate Apostolica Papalis censetur, subreptionis vitio impugnari potest ob non expressam curæ qualitatem. *Dunozet. dec.* 640. *nu.* 3. *& seqq.* vbi de vnione benefitij curati facta per Capitulum generale Religionis Hierosolomitanæ, cui Papa facultatem concesserat vniendi Prioratus, Baiulatus, Cōmmendas, & quæcumque alia benefitia eiusdem Religionis.

87 Item vnio est subreptitia, si non fuit narratum, quod benefitium annexum esset Prioratus in Ecclesia Collegiata, & quod requirebat residentiam. *Gregor. XV. d. dec.* 450. *nu.* 5. 6.

88 Item si non fuit expressum, quod esset dignitas Monocularis, cum Papa non soleat vnicam dignitatem in Ecclesijs tollere. *Gregor. XV. dec. ead. nu.* 7.

Secùs si vltra dignitatem Monocularem adessent in ecclesia alia benefitia, quia tunc qualitas Monocularitatis non habetur in consideratione. *Add. ad Gregor. XV. dec. ead. nu.* 9.

89 Item est subreptitia, si non fuit narratum, quod Prior haberet iurisdictionem in suo Territorio, & esset caput in alia Ecclesia, quæ si Papæ innotuissent, non est verisimile, quod is voluisset priuare Territorium suo particulari Prælato, neq; Ecclesiam suo capite. *Gregor. XV. dec. ead. nu.* 8. Ad quod facit *Pen. dec.* 385. *num.* 6. vbi quod subreptitia

fuit

fuit vnio tacita qualitate Abbatis Monasterij vniti, qui habebat mitræ, & baculi pastoralis vsum, & populo benedicebat, & erat particeps iurisdictionis cognoscendi inter vasallos causas matrimoniales. *Dunozet. d. dec. 548. n. 11.* vbi de Priore, qui habebat quasi ordinariam iurisdictionem, & vsum mitræ, & baculi, quæ omnia Pontifici narranda fuerant.

90 Postremò nulla est vnio, si verus valor beneficij narratus non fuerit. *dec. 68. nu. 15. par. 4. tom. 2. recen.*

91 Qui quidem valor secundum communem æstimationem exprimi debet, & non secundum sterilitatem, vel vbertatem. *dec. 294. nu. 5. par. 5. recen.*

92 Nulla etiam est vnio, si Papa vniuerit beneficium nõ habita scientia, quod ab alio Papa antecessore fuerat aliàs vnitum. *dec. 737. n. 2. par. 2. recen. Cavaler. dec. 408. nu. 2. ex dec. 3. nu. eod. de rerum permut. in antiqu.* vbi quod effectus vnionis non tollitur per prouisionem Papæ subsequentem, nisi de vnione fiat mentio. *& recen. par. 8. dec. 248. num. 11.* Ad quod facit *dec. Pen. 441. n. 2.* (licet non loquatur de vnione Apostolica), vbi quod vnione effectum sortita non potest idem beneficium iterum vniri, nisi adhibita causæ cognitione dismembratio primæ vnionis præcesserit.

93 Amplia, vt non sufficiat implicita mentio vnionis ad effectum, vt præsumatur, quod Papa illam tollere voluerit per subsequentem vnionem: quia cùm vnio legitimè facta contineat causam necessariam. *d. dec. 3. de rerum permut. in antiqu* non est verisimile, Pontificem voluisse illam tollere, nisi id expressè egerit. *Cavaler. d. dec. 408. nu. 2.*

94 Cæterum si Papa vniret beneficium Mensæ Episcopali, cui per Pontifices prædecessores etiam alia beneficia fuerint vnita, vnio tenet, etiamsi Episcopus de beneficijs suæ mensæ prius vnitis mentionem non fecerit. *dec. 13. de reb. eccles. non alien. in antiqu.*

Vnionis causa, & solemnitas an, & quando præsumantur, seù debeant iustificari.

## CAP. X.

### SVMMARIVM.

1 *Vnio ex iusta causa facta præsumitur. Contra quod causa debet iustificari ab allegante vnionem, nèc statur assertioni Legati siue Ordinarij circa veritatem causæ. nu. 2.*

*Amplia. vt nu. 3. Declara vt nu. 5. 6.*

4 *Causa necessitatis debet probari ab allegante, & quidem non simpliciter, sed habito respectu quantitatis assignatæ a principio fundationis.*

7 *Assertioni Ordinarij statur circa causam vnionis concurrentibus adminiculis, & verisimilitudine.*

8 *Solemnitatum interuentus debet iustificari, nèc sufficit eas enuntiari in instrumento vnionis, nisi aliunde probentur. Declara vt nu. 16.*

9 *Vnio debet iustificari, hoc est tam causa, quã solemnitas, aliàs non suffragatur.*

10 *Assertioni Prælati non statur circa tractatum in alienatione rerum Ecclesiæ adhibitum.*

11 *Assertioni Prælati non statur, quod alienatio solemniter facta fuerit.*

12 *Tractatus non probatur per ea verba in instrumento vnionis apposita, habito prius tractatu cum multis Canonicis, & cum consensu, & auctoritate Canonicorum, & Præpositi.*

13 *Solemnitates interuenisse præsumitur, quando in instrumento vnionis enuntiantur, specificè tamen, vel etiam in genere, sed à Iudice, & non à Tabellione.*

14 *Assertione Ordinarij probatur solemnitas, sed non causa.*

15 *Assertioni Ordinarij non statur circa causam, nè via aperiatur eludendi legem, vniones sine causa fieri prohibentem.*

17 *In vnione obseruatâ per centum annos*

sole-

*solemnitates interueniße præsumuntur: item in vnione obseruata per 40. annos. nu. 18.*

19 *Vnionis gratia iustificata præsumitur ex illius obseruantia per annos 30. Declara vt nu. 20.*

21 *Obseruantia vnionis ex quibus probetur: item nu. 22.*

23 *Episcopis præsumuntur nota qualitates benefitiorum suæ diœcesis. Amplia etiamsi consueuerint parùm in sua ecclesia residere. nu. 24.*

25 *Obseruantia vnionis inducit præsumptionem confirmationis Apostolicæ, tempus autem sine obseruantia secùs. num. 26.*

27 *Vnionis gratia quando iustificatione non egeat: item nu. 28.*

29 *Vnio debet iustificari etiamsi à Papa fuerit confirmata, quando confirmatio non emanauit motu proprio, sed ad supplicationem partis: Nisi tamen concurrat obseruantia cum lapsu 30. annorum, ex qua iustificatio præsumitur num. 30.*

1 VNiones regulariter ex iusta causa factæ præsumuntur iuxtà *Achill. super reg. reuoc. vnionum decis. vnic. nu. 5. & decis. 1. nu. 4. de rebus eccles. non alien. in antiquior.*, vbi quod vnionem prętendens non habet necessitatem probandi veritatem causarum, quia ea præsumitur pro Ordinario, & sufficit, quod allegetur.

2 E contra quod causę non præsumuntur, sed debent verificari, & non creditur Legato, seù Ordinario, qui eas inserit in vnione, & asserit esse veras, habetur apud *Veral. decis. 350. nu. 3. part. 3. Card. Cels. decis. 175. n. 4. & decis. 282. nu. 14.* vbi quod causæ non ex assertione Ordinarij, sed aliundè sunt iustificandæ. *Ægid. decis 377. & decis. 618.* vbi quod causas omnes tenetur probare iudicialitèr, qui vnionem obtinuit, etiamsi vigore d. vnionis esset in possessione, quia huiusmodi possessio, licèt facit præsumptionem, quod causę sint veræ, non tamèn tollit exceptionem Rei à iure communi inductam, quod causæ vnionis non sint veræ, nisi probentur, vt notatur etiam in practicabilibus *Rotæ cap. de vnione nu. 6.* vbi pariter, quod si Ordinarius inserit in instrumento causas vnionis per ipsum factæ, tenetur tamen, qui vnionem obtinuit, illas probare, quia non præsumuntur veræ.

3 Quod ampliatur, & in vnione facta in visitatione, nàm si Ordinarius in decreto vnionis asseruerit, benefitij reditus fuisse adeò tenues, vt non remaneret congrua pro Rectore, & ideo se vnionem fecisse, adhuc huiusmodi assertioni non creditur. *decis. 222. nu. 20. par. 9. recen.* vbi etiam sub *nu. 14. 15.*

4 quod causa necessitatis probanda est ab allegante, & quidem non simplicitèr, sed habito respectu quantitatis assignatæ à principio fundationis, aliàs probatio non releuat: nàm ex quo Rectores prædecessores contenti fuerunt portione à principio assignata, congrua præsumitur, nisi probetur diminuta, vt habetur etiam in *decis. 337. num. 7. ead. par. 9. recen.* & apud *Scraph. decis. 1385. num. 3.*

5 Pro conciliatione videtur dici posse, vt prima conclusio procedat, vbi vnio sit antiqua, in quibus terminis sanè loquitur *d. dec. 1. de reb. eccles. non alien. in antiquior.* vt colligitur ex ipsius verbis sub *nu. 4.* & confert *dec. 578 nu. 5. par. 3. lib. 3. diuers.* vbi quod vnio antiquissima vtilis fuisse censetur, & ideo seruanda est, *item dec. 10. de reb. eccles. non alien. in antiqu.* vbi quod si agatur de benefitio vnito à tanto tempore, cuius non extat memoria, sufficit allegare vnionem, etiamsi vnionis causa non allegetur.

6 Vel primam conclusionem intelligas, vbi fuit seruata forma, & iuris solemnitas iuxtà allegata per *Garz. de benef. par. 12. cap. 2. nu. 142. & d. dec. 222. n. 21. par. 9. rec.* vbi quod causa probatur ex assertione Episcopi, quando vnio fuit antea solemniter facta, & postea in visitatio-

situatione approbata, in quibus terminis loquitur *dec. Seraph.* 1272. *nu.* 2. *vt declarat Caualer. dec.* 439. *nu.* 8. *in fi.*

In alijs casibus videtur certa conclusio, vt assertioni Ordinarij circa causam non stetur, sic enim facile via aperiretur eludendi legem, quæ prohibet vnionem fieri sine causa. *d. dec.* 337. *nu.* 9. *par.* 9. *recen.* cum infra not. nu.

Et ex dispositione *Conc. Trid. sess.* 7. *cap.* 6. *de reform.* vnio præsumitur subreptitia, nisi probetur, eam ex legitimis, aut rationabilibus causis, & vocatis vocandis factam fuisse. *Dunozet. dec.* 640. *nu.* 15.

7 Concurrentibus tamèn adminiculis, & verisimilitudine Rota adhibuit fidem assertioni Ordinarij etiam circa causam *d. dec.* 222. *nu.* 23. *par.* 9. *recen.* vbi affertur ratio, quia regulare est, quod cōcurrentibus adminiculis assertio seù scriptura, quæ alias non probat, fidem obtinet, ad *decis.* 334. *num.* 3. *par.* 1. & *decis.* 209. *nu.* 7. *par.* 7. *recen.* & in terminis vnionis *Cesar. de Graff. decis.* 1. *nu.* 19. *de rebus eccles. non alien.*

8 Quod respicit solemnitates in vnione requisitas, eæ pariter debent iustificari, ideo non sufficit, quod enuntientur in instrumento, nisi appareant, & aliundè probentur. *decis.* 294. *num.* 16. *par.* 5. *recen. cum ibi alleg.*

9 Et quod vnio debet iustificari, hoc est tam causa, quam solemnitas, aliàs non suffragatur, habetur apud *Seraph. decis.* 867. *nu.* 2. *Pen. decis.* 572. *nu.* 7. & *recen. par.* 7. *decis.* 174. *nu.* 11.

10 Et conferunt tradita in *dec* 716. *nu.* 2. 3. *par.* 1. *diuers.* vbi quod tractatus requisitus in alienatione rerum ecclesię non probatur ex assertione Prælati, sed de eo apparere debet per separatam scripturam: & in *dec.* 752. *num.* 3. *ead. par.* 1. vbi quod non statur assertioni

11 Prælati attestantis, alienationem factam fuisse præcedentibus solemnitatibus & *in practicab Rotæ cap. de vnion. nu.* 6. vbi, quod si in instrumento vnionis dicatur pro Ordinarium, vel execu-

12 torem, habito prius speciali tractatu cum multis Canonicis, & eūm consensu, & auctoritate Canonicorum, & Præpositi &c. ista verba non probant tractatum præcedentem.

13 Contrarium tamèn videtur resolutum apud *Cesar. de Graff. dec.* 1. *nu.* 17. & *seqq. de reb. eccles. non alien.* & pluribus Rotæ decisionibus firmat *Garz. de benef. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 121. & *seqq.* vbi, quod licèt aliàs regulariter non præsumatur solemnitas extrinseca etiā enuntiata in instrumento, quæ tempore actus verisimiliter interuenire non potuit, pro decreto tamèn vel actu iudicis, in quo enuntiantur solemnitates, præsumuntur omnia solemniter acta, nisi contrarium probetur. *dec.* 72. *n.* 34. 36. & *dec.* 178. *num.* 4. *par.* 2. *diuers.* cum alijs per eum alleg. Declarando tamèn id procedere, quando causę, & solemnitates requisitę nominatim, & in spetie exprimuntur, vel etiam quando in genere enuntiantur, veluti quia dictum fuit, causa cognita, vel iuris solemnitate seruata, si tamèn enuntiatio emanauit à Iudice, & non à Tabellione, prout *sub nu.* 126. & *seqq.*

14 Et quod assertione Ordinarij probetur solemnitas, tenuit absolutè. *Rota apud Caualer. decis.* 439. *n.* 7. 8. & *par.* 5. *recen. decis.* 318. *nu.* 12. & *seqq.* & *par.* 9 *d. decis.* 222. *nu.* 21. 22. vbi distinguendo inter solemnitatem, & causam tenuit, assertione Ordinarij probari quidem solemnitatem, sed non causam, quia solemnitas facilius præsumitur, quam causa, quæ plenè est probanda, & circa eam assertioni Episcopi de-

15 fertur quidem multum, sed non creditur, nèc enim in prohibitis, qualis est vnio siue causa, standum est dicto vnientis, ne aliàs aperiatur via eludendi legem. *ex decis.* 716. *nu.* 1. & *decis.* 752. *nu.* 3 *par.* 1. *diuers.* & *Ægid. decis.* 617. *in princ.*

16 Vnde conclusio posita sub *nu.* 8. erit intelligenda in casu, quo contrarium probetur, tunc enim solemnitatum interuentus non ex simplici assertione Ordinarij, vel illarum enunciatione in instru-

strumento, sed aliunde erit iustificandus, quia nemo est idoneus testis in ea causa, in qua laudem vel vituperium consequitur, prout præcisè respondit. *Rot. d. decis.* 294. *n.* 13. *& seqq. par.* 5. *recen.* & sensit in decisionibus supra allegatis. *nu.* 13.

17 Cæterum in vnione obseruata per centum annos cessat qualibet difficultas, quia solemnitates omnes in ea adhibitæ præsumuntur. *decis.* 119. *nu.* 6. *par.* 1. *recen.*

18 Et idem est in vnione effectum sortita, & obseruata per annos 40., quia obseruantia tam diuturna facit præsumi vera ea, quæ in gratia vnionis narrantur, & quod sit facta ab habente sufficientem auctoritatem. *Seraph. decis.* 1432. *nu.* 4. *Pen decis.* 441. *nu.* 6. *Buratt. decis.* 734. *nu.* 6. *Card. Cels. decis.* 70. *nu.* 6. 7.

19 Immo ad effectum præsumendi iustificationem vnionis sufficere spatium 30 annorum iuxta opinionem, quam Rota seruat, habetur in *decis.* 174. *num.* 14. *par.* 7. *recen. & apud Gregor. XV. decis.* 57. *nu.* 6 *& Dunozet. decis.* 525. *n.* 4.

20 Declara, vt obseruantia vnionis per 30 annos sufficiat pro iustificatione gratiæ, dummodo vnio sit vera, & non præsumpta, idest probetur ex veris, & indubitatis probationibus, & hoc nè detur præsumptio præsumptionis iuxta *Seraph. decis.* 1459. *nu.* 1. 2.

21 Obseruantia autem probatur ex præsentationibus, & institutionibus factis ad beneficium vti vnitum, & ex pacifica eiusdem possessione successiuè obtenta. *Pen. decis.* 30. *nu.* 11. *& par.* 2. *recen. decis.* 274. *nu.* 10 *& decis.* 698. *n.* 3. *Duran. decis.* 303. *n.* 5. vbi quod obseruantia vnionis probatur ex pluribus, & successiuis deputationibus Vicariorum factis per Prælatum ecclesiæ, cui vnio facta asseritur. *Merlin. decis.* 95. *num.* 4. *& seq.* cum infra not. *cap.* 11. *nu.* 72. *in f.*

22 Similiter ex scientia, & tolerantia Episcoporum pro tempore possidentium, quia non est verisimile, Episcopos diù passuros fuisse, vt quis cum titulo inualido beneficium possederit, cùm præsumantur habere notas quali-

23 tates beneficiorum, & Beneficiatorum consistentium in sua Diœcesi, & possint Beneficiatos compellere ad exhibendos titulos beneficiorum, & etiam beneficia vnita visitare possint, & debeant, & beneficiorum titulos exquirere. *Pen. d. decis* 30. *nu.* 13. 14. *& decis.* 441. *n.* 7. vbi quod ex hac Episcoporum tolerantia præsumitur pro validitate vnionis.

24 Nec scientia Episcoporum excluditur ex prætensa eorum absentia, quia consueuerint parum in suis ecclesijs residere; quia talis absentia debet concludenter probari, & præsumptio est, quod haberent notas qualitates beneficiorum suæ diœcesis stante officio visitationis eiusdem, quod Episcopis singulis annis exercendum iniungitur. *Pen. d. decis.* 30. *nu.* 12.

25 Et sicuti obseruantia vnionis per longissimum tempus inducit præsumptionem iustificationis ad præsumendam confirmationem Apostolicam. *Seraph. decis.* 1459. *nu.* 1 *& par.* 2. *recen. d. de-*

26 *cis.* 698. *nu.* 3. ità contrarium obtinet, si tempus siue obseruantia deducatur. *Pen. decis.* 1379. *nu.* 7.

27 Rursum de iustificatione vnionis nulla intrat quæstio, vbi in litteris vnionis adest decretum irritans, & clausula sublata, cum alijs clausulis efficacissimis, ex quibus de non iustificatione dari non potest, & fine otis aperitione tollitur facultas aliter iudicandi. *d. decis.* 174. *nu.* 12. 13. *part.* 7. *recen. Merlin. decis.* 524. *nu.* 2.

28 Similiter, si in litteris Apostolicis vnio declaretur facta motu proprio Pontificis, de certa scientia, & plenitudine potestatis, non solùm de validitate non est dubitandum, sed neque opus est alia iustificatione. *decis.* 90. *nu.* 5. 6. *par.* 4 *tom.* 2. *recen.*

29 Quod si confirmatio vnionis non emanauerit motu propri, aut cum clausula sublata, sed ad supplicationem partis, vtique vnio licet confirmata eget iusti-

iustificatione. *Dunozet. decis. 525. n. 3.*
30 Nisi concurrat obseruantia cum lapsu 30. annorum, ex qua iustificatio præsumitur. *decis. ead. nu. 4.*

---

## Vnio quomodo probetur.

## CAP. XI.

### SVMMARIVM.

1 *Vnio non præsumitur, sed est probanda: & quidem plenè, & concludenter. n. 2. Maximè ad effectum excludendi reseruationem nu. 3. Et vbi vnioni repuguet vltimus status. nu. 4.*

5 *Vnio probatur per exhibitionem tituli:*

6 *Vnio beneficiorum vel ex concessione Episcopi, vel Papæ largitione prouenit.*

7 *Vnio probatur instrumento vnionis sigillo Episcopi munito.*

*Amplia etiamsi concessio Episcopi vnionem expresiè non præferat, sed habeat clausulas, quæ annexionem importent. nu. 8.*

9 *Vnio probatur ex literis Apostolicis. Amplia vt nu. 10. 12. 13.*

11 *Vnio non ex nudo tantùm verborum cortice, sed ex eorum quoque substantia elicitur.*

14 *Bullæ sumptum extractum ab alio sumpto non probat, etiamsi primum sumptum fuerit solemniter extractum.*

*Limita accedentibus adminiculis, & iuncta obseruantia. n. 15. Et facilius si in executionem literarum tamquam legitimè extractarum emanauerit sententia. nu. 16.*

17 *Obseruantia vnionis ex quibus deducatur: item nu. 90. & nu. 94.*

18 *Bullæ sumptum extractum ab archiuio Capituli non probat pro Capitulo contra tertium, & multo minus contra Episcopum.*

*Limita vt nu. 19.*

20 *Bullæ effectuatio probari debet ad effectum vt vnio inducta probetur.*

21 *Bulla vnionis non probat vnionem, si Bullæ effectus per non vsum cum facto positiuo contrario pluries reiterato præscriptus remanserit.*

22 *Supplicatio vnionis absque expeditione literarum non sufficit ad effectum canonizandi vnionem, prodest tamen ad effectum absoluendi reum, & possessorem.*

23 *Vnio probatur per præscriptionem immemorabilem, aut quadragenariam cum titulo.*

24 *Vnio non tantùm ex Episcopi aut Papæ concessione, sed etiam ex præscriptione procedit.*

*Limita in vnione simoniaca, quæ non suffragatur ad præscribendum. n. 25.*

26 *Dismembratio vel est expressa, de qua constat ex concessione Apostolica, vel præsumpta, quæ deducitur ex statu collatiuo contrario vnioni cum lapsu 40. annorum.*

27 *Immemorabilis præscriptio probat vnionem, & quare.*

28 *Præscriptio quadragenaria cum titulo probat vnionem.*

*Ampliavt procedat tàm in vnione aquè principaliter, quàm in vnione accessoriè facta. nu. 29.*

*Item amplia vt sufficiat titulus putatiuus. nu. 30.*

31 *Fama præbet titulum coloratum ad effectum præscribendi vnionem.*

32 *Præscriptio quadragenaria sine titulo vnionem non probat.*

*Declara dupliciter, vt nu. 34. 35.*

33 *Beneficij status, id est qualitas probatur spatio 40. annorum, secùs substantia.*

36 *Præscriptio quadragenaria in materia vnionis completur etiam viuente primo possessore.*

37 *Præscriptio immemorabilis probatur tam per testes, quam per instrumenta antiqua, in quibus vnio enunciatur.*

38 *Deficiente instrumento, seu præscriptione vnio probatur per adminicula, & coniecturas.*

39 *Vnio probatur per testes deponentes de publica voce, & fama, quod tamen in antiquis tantùm procedit.*

40 *Vnio probatur per verba enuntiatiua in*

*in antiquis instrumentis, & quare nu. 43.*

41 *Enuntiatiuæ facilius vnionem probant, si emanarunt ab ijs, qui poterant vnionem facere: item vbi non agitur principaliter de canonizanda vnione, sed solùm incidenter. nu. 42.*

44 *Enuntiatiuæ in antiquis probant vnionem, licet non faciant indiuiduè vnionis mentionem, sed virtualiter.*

45 *Vnio non ex nudo verborum cortice, sed etiam ex eorum substantia elicitur.*

46 *Enuntiatiuæ antiquæ probant vnionem, licet non dentur literæ originales, in quibus enuntiatur vnio, sed tantùm partita extracta ex registris Cancellariæ.*

47 *Enuntiatiuæ vnionem probant, si vnio in pluribus, & diuersis instrumentis, & saltem duobus enuntietur.*

*Item si sint de antiquo tempore, hoc est supra 100. annos, aut saltem centesimo proxima. nu. 48.*

49 *Enuntiatiuæ quando non probent vnionem. Item nu. 50. 51. 52.*

53 *Confessione Ordinarij vnio probatur: quoniam agitur de illius praiudicio. nu. 54.*

*Contra nu. 55.*

*Distingue vt nu. 56.*

57 *Vnio probatur confessione partis petentis dissolutionem vnionis.*

58 *Vnio probatur ex disiunctione, seù dismembratione, quæ vnionem præsupponit.*

59 *Dissolutionem vnionis petens debet iustificare vnionem tamquam partem gratiæ.*

60 *Vnio probatur ex confessione antecessoris Parochi moderni, quatenus vnionem beneficij obtinuit tamquam vacantis per obitum.*

61 *Vnio probatur ex eo, quod vnus Rector duas Ecclesias possederit; & quare. nu. 62.*

63 *Vnio probatur ex eo, quod vna Ecclesia ab altera possideatur.*

64 *Ecclesias duas parochiales retinere est incompatibile, nisi sint annexæ.*

65 *Vnio non probatur ex eo, quod vnus Rector duo beneficia possideat, quando talis probatio contrarijs probationibus eliditur. Similiter nec ex perceptione fructuũ in alia ecclesia. n. 66.*

67 *Solutiones annuæ factæ Monasterio seù Capitulo non probant vnionem, sed subiectionem.*

68 *Vnio probatur, ex quo vna ecclesia sustinet onera alterius Ecclesiæ.*

69 *Vnio probatur, ex quo ecclesia fuerit ædificata in Territorio proprio alterius ecclesiæ.*

70 *Vnio probatur per donationem Regis de ecclesia cum decimis primitijs oblationibus, & obuentionibus omnibus quod ampliatur dupliciter sub nu. 72.*

*Contra nu. 71.*

*Declara vt nu. 72.*

73 *Vnio probatur ex creatione Vicarij amouibilis.*

74 *Vnio probatur ex eo, quod in Bulla Apostolica is, qui debet curam exercere, fuerit appellatus Vicarius.*

75 *Vnita potest esse ecclesia, etiamsi in ea deputentur Vicarij perpetui, & numquam amouibiles.*

76 *Vnio probatur ex creatione Vicarij perpetui cum assignatione congruæ: & ex eo quod sit perpetuus, non sequitur, quod omnis cura in ipsum translata sit. nu. 77.*

78 *Præsentationes factæ de Rectoribus, non autem de Vicarijs non excludunt vnionem.*

79 *Vicarij, & Rectoris nomina sunt synonima, & vnum pro alio sapè vsurpatur.*

80 *Vnio probatur ex assignatione certæ portionis pro Vicario, atque exactione integra decimarum, siue aliorum fructuum per Rectorem, cui dicitur ecclesia vnita.*

81 *Dismembratio facta videtur, si integra fructuum perceptio fuerit assignata Vicario cum onere respondendi de certa quota Rectori.*

*Limita vt nu. 82.*

83 *Vicaria ex hoc probatur, quod quis recipit congruam portionem pro victu.*

*Limita vt nu. 84.*

85 *Ex*

85 *Ex decimarum perceptione non infertur pernecesse, quod aliquis sit verus Rector Parochiæ, nam etiam Vicarius potest eas exigere, licet ad Rectorem spectent.*

86 *Vnio probatur ex eo, quod Offitiales Cameræ talem fructuum applicationem denominauerint vnionem.*

*Item ex eo, quod in Bulla fuerit inserta derogatio Concilij Lateranensis, & regularum Cancellariæ de exprimendo valore, & expeditione ad partes in vnionibus faciendis loquentium. n. 87*

88 *Vicarij institutio sub certa congrua reseruatione plenam vnionem necessariò non præfert.*

89 *Derogatio regulæ de exprimendo valore etiam dismembrationem comprehendit.*

90 *Collationes antiquæ ab Ordinario factæ sine concursu ad nominationem, seu præsentationem Rectoris optimè probant vnionem.*

91 *Præsentandi ius Capitulo competens non probat per necesse, quod ecclesia sit mensæ vnita.*

92 *Præsentandi ius etiam ex causa iurispatronatus potest competere, sed præsumitur ex causa vnionis, dùm de alio titulo non docetur.*

*Et eo magis, si in instrumento vnionis expressè reseruatur præsentatio ecclesiæ, cui fit vnio. nu. 93.*

94 *Vnio probatur ex instrumento possessionis apprehensæ vigore literarum vnionis, ex descriptione beneficij vniti in libris vnionum, & ex effectu, & obseruantia subsecuta.*

95 *Vnio probatur ex taxa annua ecclesiæ tamquam subiectæ Monasterio, cui asseritur vnita, facta ab Abbate, & Monacis, & confirmata per executorem Apostolicum, & successiuè obseruata.*

96 *Item probatur ex visitationibus factis ab Abbatibus Monasterij, cui facta asseritur vnio, cum assertione, quod talis ecclesiæ collatio, prouisio, & visitatio ad Abbatem, & Monasterium spectat.*

*Præsertim, si pro parte Ordinarij per lapsum longissimi temporis nulla datur visitatio facta de tali beneficio, tam quam separato, & independenti à Monasterio. nu. 97.*

98 *Vnio deducitur ex paupertate Ecclesiæ actualiter enunciata in literis Apostolicis.*

99 *Vnio probatur per tres sententias conformes in iudicatum transactas vnionem canonizantes.*

*Item ex alienatione bonorum ad beneficium vnitum spectantium. nu. 100.*

*Item ex pluribus enunciatiuis vnionis, licet non antiquis, quia faciunt vehementem præsumptionem. nu. 101.*

*Intellige vt nu. 102.*

103 *Visitatio Episcopi de vnione attestantis probat vnionem.*


104 *Beneficiorum diuersitas vndè deducatur.*

105 *Ad vnionis negatiuam probandam testes debent sui dicti rationem reddere, & negatiuam coarctare.*

106 *Vnio beneficij facta ad vitam Rectoris excludit perpetuitatem vnionis.*

*Limita vt nu. 107.*

108 *Vnio temporalis non excludit, quin deinde fieri potuerit absoluta: & quomodo taliter facta probetur.*



1 VNio non præsumitur, sed est probanda per allegantem. *Caualer. decis.* 405. *nu.* 2. *Dunozet. decis.* 911. *nu.* 1.

2 Et quidem plenè, & concludēter ex supra allegatis *cap.* 2. *n.* 5. 6.

3 Maximè ad effectum excludendi reseruationem. *decis.* 59. *num.* 8. *par.* 11. *recent.*

4 Et eo fortius, si vnioni repugnet vltimus status beneficij, qui sit collatiuus. *decis. ead. nu.* 9.

5 Probatur autem multifariam: & primo per exhibitionem tituli, nam ex publico instrumento vnionis factæ ab eo, qui habebat vniendi facultatem, optimè probata dicitur vnio. *Seraph. decis.* 886. *nu.* 1. *Manti. decis.* 355. *n. eod. Dunozet. d. decis.* 911. *nu.* 3.

6 Et, quia vniri beneficium contingit, vel ex concessione Episcopi, vel largitione Papæ iuxta. *Seraph. decis.* 1304. *in fi. & decis. 9. num. 2. de rebus Eccles. non alien. in antiqu.*

7 Ideo ex instrumento vnionis sigillo Episcopi munito plenè probari vnionem, dictum fuit *in decis. 433. n. 4. par. 9. recen. & decis. 351. nu. 1. 2. par. 10.* vbi ampliatur, etiam deficiente recognitione.

8 Idque procedere, etiamsi concessio Episcopi vnionem expressè non præferat, sed habeat clausulas amplissimas, quæ omnimodam annexionem importent, habetur *in decis. 37. n. 1. & seqq. part. 4. recen.*

Et multò magis si præter instrumentum exhibeatur decretum, in quo talis vnio fuerit per Episcopum specificè confirmata, *ut in decis. 441. nu. 1. 2 & decis. 445. in princ. par. 5. & decis. 330. nu. 5. par. 9. recen.*

9 Similiter probari vnionem ex literis Apostolicis respondit. *Rota apud Cesar. de Graff. decis. 16. n. 5. de preben. & dignit. Buratt. decis 734. nu. 1. & decis. 870. nu. eod. Merlin. decis. 817. nu. 1. Dunozet. dec. 640. nu. 1. & recen. par. 4. tom. 2. decis. 448. num. 1. & par. 11. decis. 305. nu. 2.*

10 Amplia, etiamsi diploma Apostolicum expressam mentionem de vnione non faciat, sed eam substantialiter inferat: non enim ex nudo tantùm verbo-
11 rum cortice, sed ex eorum quoque substantia elicitur vnio ex pluribus *alleg. in Conimbricen. præsentationis. 12. Decembr. 1650. §. primo coram R. P. D. Cerospio, impressa in recen. par. 10. in ordine decis. 102.* vbi dictum fuit, resultare vnionem ex instantia facta pro assignatione omnium fructuum, reditorum, emolumentorum, & iurium: nam talis instantia est restricta ad terminos vnionis, per quam omnia tam spiritualia, quam temporalia translata, censentur, & instantia subsecutam concessionem declarat, nisi dispositiua Bullæ dismembrationem expressè importaret, vt aduertitur *in ead. decis. nu. 10.*

12 Rursus amplia, etiamsi non exhibeantur literæ vnionis, sed literæ in quibus vnio cum illius tenoris insertione fuit confirmata. *decis. 174 n. 5. part. 7. recen. & decis. 224. nu. 3. par. 11.* Vel
13 literæ habentis facultatem vniendi à Summo Pontifice, quia talis vnio auctoritate Apostolica facta dicitur. *Dunozet. d. decis. 640. nu. 1. 2.*

14 Sed sumptum Bullæ extractum ab alio sumpto nō probat, etiamsi primum sumptum fuerit solemniter extractum iuxta opinionem, quam contra *Bar.* communem profitetur, & sequitur *Rota coram Gregor. XV. decis. 431. n. 2. 3. vbi Add. nu. 8. & decis. 550. n. 2. & coram Merlin. decis. 593. nu. 16.*

15 Limita accedentibus adminiculis, & maximè iuncta obseruantia. *decis. 305. nu. 3. 4. 5. par. 11. recen.*

16. Et eò facilius, si in executionem literarum tamquam legitimè extractarum emenauerit sententia, *decis. ead. nu. 6.*

17. Obseruantia autem vnionis deducitur ex præsentationibus factis ab eo, cui ecclesia fuit vnita, & quidem effectum sortitis per possessionem captam a præsentato, ex qua probatur præsentationis effectuatio. *Dunozet. decis. 61. nu. 4. 5. & par. 8. recen. decis. 248. n. 2. & par. 11. decis. 305. nu. 12. 13.* cum infra not. hoc *eod cap. nu. 90. & nu. 94. versic. & quod ex pluribus &c.*

Quod procedit, licet non omnes præsentationes probarentur continuatæ, quia probatio initio effectuationis, & fine mediantibus vltimis præsentationibus medium præsumitur ad quemcumque effectum, si nihil in contrarium datur ad docendum de intermedio statu libertatis. *Buratt. decis. 172. nu. 10. & ibi Add. nu. 32. & recen par. 8. decis. 248. nu. 3. & par. 10. decis. 152. nu. 4. & decis. 305. nu. 15. par. 11.*

18 Similiter vnionem pro capitulo contra tertium non probat sumptum literarum Apostolicarum extractum ab archiuio Capituli, quia Capitulum habetur loco priuati, *Andr. decis. 65. à num. 9.*

per

per tot. Et multò minus probat contra Episcopum. *Milten. decis. 34. per tot. & in Viterb. parochialis. 20. Iunij 1650. coram R. P. D. Bichio.*

19 Limita, si idem archiuium probaretur publicum, & vltra scripturas Capituli aliæ in eo retinerentur, & custodirentur per Archiuistam Notarium. *Merlin. decis. 624. per tot.*

20 Præterea notandum, quod Bullæ effectuatio probari debet ad effectum, vt vnio inducta probetur. *Baratt. decis. 734. nu. 1. & decis. 857. nu. eod. & par. 8. recen. decis. 202. nu. 1.*

21 Et eiusdem Bullæ effectus per non vsum præscriptus remanet, cum facto tamen positiuo contrario pluries, & successiuè reiterato, adeò ut post cursum longissimi temporis ad probandam vnionem sola Bulla non sufficeret. *decis. 30. à nu. 7. post Viuian. de iure patr.*

22 Item notandum, quod licèt per literas Apostolicas probetur vnio, supplicatio tamen vnionis absque expeditione literarum non sufficit ad effectum canonizandi vnionem propter regulam de non iudicando iuxta formam supplicationis: sufficit tamen ad effectum absoluendi reum, & possessorem. *Manti. decis. 355. nu. 2. & decis. 359. nu. eod.*

23 Secundo loco probatur vnio per præscriptionem immemorabilem, aùt quadragenariam cum titulo, iuxta. *Belin. cons. 2. nu. 12. & seqq.* quem sequitur. *Rota. decis. 97. nu. 3. & decis. 233. n. 5. & decis. 626. n. 1. par. 1. recen. & decis. 58. nu. 1. & decis. 672. nu. 6. & decis. 724. nu. 1. & seqq. par. 2. & decis. 448. nu. 15. & decis. 500. nu. 9 par. 4. tom. 2. & decis. 642. nu. 4. par. 4. tom. 3. & apud Pute. decis. 204. nu. 2. libr. 2. Verall. decis. 344. n. 1. par. 3. Gregor XV. decis. 196. nu. 2. & ibi Adden. nu. 3. & rursus in decis. 51. nu. 1. & ibi Adden. nu. 5. Pen. decis. 337. n. 2. & decis. 704. nu. eod. Dunozet. decis. 911. nu. 3.*

24 Non enim ex sola Episcopi aùt Papæ concessione, sed etiam ex præscriptione procedit vnio, vt apud *Seraph. decis. 1304. in fi. & in d. decis. 9. nu. 2. de rebus eccles. non alien. in antiqu.*

25 Quod tamen limitatur in vnione simoniaca, quæ non suffragatur ad præscribendum. *decis. 30. & seqq. post tract. Viuian. de iure patr.*

26 Et idem obtinet in dismembratione, quæ similiter, vel est expressa, vel præsumpta: expressa, de qua constat ex concessione Apostolica: præsumpta quæ deducitur ex statu collatiuo contrario vnioni cum lapsu 40. annorum, prout requiritur ad formandum statum contrarium, & disunionem. *Baratt. decis. 85. nu. 10.*

27 Pro confirmatione principalis conclusionis quoad immemorabilem adde *Cæsar. de Graff. decis. 127. nu. 5. Verall. decis. 344. nu. 1. & decis. 347. nu. 1. 6. part. 3. Pute. decis. 204. nu. 2. libr. 2. in correct. Seraph. decis. 886. nu. 1. Gregor. XV. decis. 196. num. 2. & par. 2. recen. decis. 736. nu. eod.*

Et ratio est, quia immemorabilis deseruit pro titulo, vnde habens pro se immemorabilem non habet allegare alium titulum, cùm tempus de quo non extat memoria sit melior titulus de mundo, vt dixit *Rot. decis. 9. num. 2. & decis. 10. de rebus eccles. non alien. in antiqu.* & alibi passim.

28 Quoad quadragenariam cùm titulo adde *Seraph. d. decis. 1304. nu. 7. Merlin. decis. 725. n. 8. Dunozet. decis. 806. nu. 1. & recen. par. 9. decis. 433. nu. 5.*

29 Amplia vt quadragenaria præscriptio cum titulo vnionem probet, siuè vnio æquè principaliter, siuè accessoriè facta fuerit. *decis. 9. n. 5. par. 10. recen.*

30 Amplia secundo; vt sufficiat etiam titulus putatiuus. *Merlin. decis. 623. nu. 8. & d. decis. 725. nu. eod. Pen. decis. 30. nu. 10. & par. 1. recen. decis. 233. n. 5. & par. 2. decis. 222. n. 4.* vbi quod vnio etiam inualida, & nulla præscribitur spatio 40. annorum, quod habetur, & *in decis. 352. nu. 3. par. 4. recen. & in decis. 448. num. 14. ead. par. 4. tom. 2.* vbi quod titulus vnionis, etiamsi pateretur aliquam difficultatem, sufficit ad præscribendum, quod dictum fuit; & in

*decis.*

*decis.* 433. *nu.* 6. *par.* 9. *& in decis.* 458. *nu.* 73. *& seq. par.* 5. *tom.* 2. vbi quod vnio à Capitulo, vel alio Inferiori obtenta sine consensu Episcopi præbet titulum putatiuum, qui sufficit ad præscribendum.

31 Hinc loco tituli sufficit probare communem reputationem, & famam, quia illa præbet titulum coloratum. *dec.* 724. *nu.* 2. *par.* 2. *recen. & dec.* 624. *nu.* 5. 6. *par.* 4. *tom.* 3. *& dec.* 9. *num.* 6. *par.* 10. *cum adduct. per Add. ad Gregor. XV. dec.* 196. *nu.* 3.

32 Quadragenaria autem præscriptio sine titulo non probat vnionem, sed requiritur immemorabilis. *Pen. dec.* 30. *nu.* 10. *Gregor. XV. dec.* 51. *nu.* 1. *vers. Hic neque, & d. dec.* 9. *n.* 20. *par.* 10. *rec.*

33 Nam licèt status benefitij probetur spatio 40. vel 50. annorum, secùs est in vnione, quia non agitur de statu benefitij, idest qualitate, vt puta, quod sit regulare, vel sæculare, sed agitur de benefitij substantia, videlicet quod vnum benefitium de se fundatum alteri benefitio fuerit vnitum. *Pute. dec.* 232. *nu.* 2. 3. *lib.* 1. *in correct.*

34 Declara conclusionem procedere, quando agitur de vnione tituli extinctiua, quia propter grauitatem præiuditij plenior probatio requiritur, & ideo titulus verè per exhibitionem illius, vel implicitè per immemorabilem probari debet. At quando agitur de vnione tituli non extinctiua, quia per eam status ecclesiæ, & essentia benefitiorum non alteratur, ideoque ius commune ei minus resistit, sufficit possessio quadragenaria cum bona fide, quę semper præsumitur, nisi contrarium probetur. *dec.* 642. *nu.* 7. *& seqq. par.* 4. *tom.* 3. *recen. & dec.* 9. *n.* 21. *& seqq. par.* 10. *Dunozet. dec.* 806. *num.* 2. *& dec.* 911. *nu.* 12. 13. *cum alleg. per Garz. de benef. par.* 12. *cap.* 2. *nu.* 239. *& per Gratia. discept. for. cap.* 614. *nu.* 9.

35 Declara secundo conclusionem procedere, quando titulus omnino deficit, secùs si concurrat titulus saltem præsumptus ex publica voce, & fama, & alijs adminiculis. *d. dec.* 9. *num.* 21. *& seqq. par.* 10. *rec.* cum alijs supra *alleg. nu.* 30. quibus adde *Dunozet. dec.* 911. *nu.* 11. vbi, quod quadragenaria possessio cum titulo putatiuo est sufficiens, & in hac materia reputatur efficacissima probatio. *Pen. d. dec.* 30. *nu.* 10.

Titulum autem præsumptum, seù putatiuum præbet inter cætera vnica enuntiatiua vnionis in instrumento antiquo vltra centum annos, quæ iuncta alijs enuntiatiuis ferè centenarijs plenè probat vnionem. *Dunozet. dec.* 806. *nu.* 3.

36 Cæterum quadragenaria præscriptio in hac materia completur etiam viuente primo possessore. *Buratt. dec.* 734. *nu.* 8.

37 Immemorabilis autem probari potest tam per testes, quam per instrumenta antiqua, in quibus vnio enuntietur. *Verall. dec.* 344. *num.* 1. 2. *& dec.* 347. *nu.* 1. 2. *par.* 3.

38 Tertio loco probatur vnio per adminicula, & coniecturas; nàm; licèt regulariter ad probandam vnionem requiratur publicum instrumentum annexionis factæ ab Episcopo, vel Bulla Apostolica, vel immemorabilis, aût quadragenaria cum titulo, nihilominus deperdito instrumento, & deficiente præscriptione per alia signa, & argumenta potest vnio iustificari. *Caual. dec.* 599. *nu.* 5. *Merlin. dec.* 625. *nu.* 2. *Dunozet. dec.* 911. *n.* 3. *in fi. & par.* 1. *recen. dec.* 102. *nu.* 2. *& par.* 2. *dec.* 153. *nu.* 1. *& par.* 10. *dec.* 48. *nu.* 5.

39 Hinc vnio probari potest per testes deponentes de publica voce, & fama. *Seraph. dec.* 1272. *nu.* 3. *Andr. dec.* 11. *nu.* 4. *Add. ad Buratt. dec.* 660. *nu.* 7. *& par.* 4. *tom.* 3. *recen. dec.* 580. *nu.* 2. *& par.* 9. *dec.* 88. *num.* 11. *& par.* 12. *dec.* 12. *nu.* 6.

Quod tamen procedit in antiquis *Verall. dec.* 344. *nu.* 3. *& dec.* 347. *nu.* 4. *par.* 3. vbi quod fama in antiquis probat, etiamsi agatur de graui præiuditio, *& dec.* 626. *nu.* 4. *par. prima rec.*

Alias famam non sufficere, sed requiri

quiri vel immemorabilem, vel quadragenariam cum titulo, dictum fuit *coram Pen. dec. 704. nu.* 8.

40 Similiter probatur vnio per verba enunciatiua vnionis in antiquis instrumentis. *Verall. d. dec. 344. nu. 2. & dec. 347. nu. 3. par. 3. Seraph. dec. 1246. nu. 1. & decis. 1272. nu. eod. Andr. decis. 11. nu. 2. Baratt. decis. 660. nu. 2. Caualer. decis. 559. nu. 5. 6. Merlin. decis. 95. nu. 1. impressa in recen. par. 5. tom. 2. decis. 441. idem Merlin. decis. 625. n. 5. Dunozet. decis. 911. num. 4. & recen. par. 4. decis. 37. nu. 6. & par. 10. decis. 9. nu* 8 vbi quod enunciatiuæ plures, & antiquæ vltra centum annos, etiam solæ, satis essent ad probandam vnionem, & *decis. 48. nu. 9. & decis. 152. n. 1. ead. par. 10.*

41 Præsertim si dictæ enunciatiuæ emanauerint ab ijs qui poterant vnionem facere. *Mant. decis. 355. nu. 6. & decis. 359. nu. 7. Merlin. d. decis. 95. nu. 2. Add. ad Baratt. d. decis. 660. nu. 6. & par. 6. recen. decis. 16. nu 3. & par. 10. decis. 152. n. 10. Dunozet. d. decis. 911. nu.* 4. vbi quod ex enunciatiuis Pontificum probatur vnio, nam ad eos principaliter spectat vnionem facere.

42 Et eò facilius. vbi non agitur principaliter de canonizanda vnione, sed solùm incidenter, quo casu leuiores probationes sufficiunt. *decis. 48. n. 11. par. 10. recen.*

43 Ratio autem principalis conclusionis esse videtur, quia enunciatiuæ habent vim publicæ vocis, & famæ, ex qua pariter probatur vnio ex supra not. *nu.* 28. quibus adde *decis. 380. n. 2. par. 4. tom. 3. recen. & Dunozet. decis. 61. n.* 5.

44 Principalem conclusionem amplia, etiamsi enunciaturæ non sint indiuiduæ vnionis, sufficit enim, quod virtualiter eam contineant, veluti si ecclesia asseratur de membris, & pertinentijs alterius ecclesiæ, beneficium enim præsumitur ei vnitum, cuius membrum nuncupatur. *Seraph. decis. 1272. nu. 1. versic.* Nec obstare, *& decis. 1304 num. 3. versic. vltimò non obstat. Andr. decis. 11. nu. 1. Caualer. decis. 890. nu. 4. & par. 1. recen. decis. 626. nu. 2. & par. 4. tom. 2. decis. 485. num. 10. & seq. & par. 9. decis. 50. nu. 11. & par. 9. decis. 48. n. 8. & par. 10. decis. 48. nu. 12. & decis. 152 nu. 2. & par. 11. decis. 102. nu. 3.* vbi, quod non ex nudo tantùm verborum cortice, sed ex eorum quoque substantia elicitur vnio, veluti si omnes fru-
45 ctus, reditus, emolumenta, & iura quæcumque assignata fuerint, hoc enim est iuxta terminos vnionis, per quam omnia tam temporalia, quam spiritualia transferuntur.

46 Amplia secundò, etsi non dentur litteræ originales, quibus enuncietur vnio, sed tantùm partitæ extractæ ex registris Cancellariæ, quia talia registra tamquam libri Apostolici, & in quibus prouisiones Apostolicæ de verbo ad verbum fideliter registrantur, plenam fidem merentur. *Dunozet. d. decis. 911. num.* 5.

47 Eamdem conclusionem declara, vt procedat, si vnio ex pluribus, & diuersis instrumentis, & saltem duobus enuncietur. *Pute. decis. 204. nu. 1. libr. 2. in correct. Andr. d. decis. 11. n. 2. Pen. decis. 1373. nu. 6 Gregor. XV. decis. 142. nu. 1. Baratt. decis. 303. nu. 12. & par. 4. diuers. decis. 163. nu. 7. & par. 1. recen. decis. 626. n. 2. & par. 10 decis. 48. nu. 9. & decis. 152. nu. 1.* quæ omnes decisiones de pluribus, & diuersis enunciatiuis emanatis a diuersis personis, & in diuersis Instrumentis loquuntur.

48 Item declara vt procedat, quatenus enunciatiuæ sint de tempore antiquo. *Seraph. decis. 886. nu. 1. Verall. dd. decis. 344. & 347. par. 3.* cum alijs supra proximè, *& nu. 29.* allegatis, & tempus antiquum dicitur vltra centum annos ad effectum, vt enunciatiuæ habeant vim famæ, & probent in antiquis iuxta *Pen. decis. 1373. n. 11.* vbi etiam quod deducendum est tempus litis ad effectum probationis, quidquid sit ad effectum recognitionis.

Si tamen enunciatiuæ essent centesimo proximæ * dictum fuit apud *Baratt. decis.*

* multum facerent, vt

*decis. 660. num. 6.*

Et quod enunciatiua vnica antiqua vltra centum annos probat titulum præsumptum, seù putatiuum vnionis, iuncta autem alijs enuntiatiuis ferè centenarijs vnionem plenè probat, habetur apud *Dunozet. decis. 806. nu. 3. 4.*

49 Sed si instrumentum, in quo vnio enuntiatur, sit recens, & verba sint prolata ab interessatis, ex tali enuntiatiua minimè probatur vnio. *Gregor. XV. decis. 77. nu. 8. & decis. 142. n. 2. Buratt. decis. 303. nu. 12. Pen. decis. 337. n. 6. & decis. 1373. nu. 11. 13. Emin. Otthobon. decis. 179. num. 23. & seq. & decis. 223. nu. 14. & par. 4. diuers. d. decis. 153. num. 8.*

Nisi concurrant adminicula, quæ enunciatiuæ fidem stabiliant, quo casu etiamsi enuntiatiuæ emanauerint ab Interessatis, bene probant vnionem. *decis. 136. nu. 2. par. 2. diuers. & decis. 352. nu. 5. par. 4. recen. & decis. 9. nu. 9. 10. & decis. 152. nu. 3. par. 10.* in quibus decisionibus considerantur inter cætera pro adminiculis deputationes plures Rectorum effectum sortitæ, factæ à Prælato, cui beneficium asseritur vnitum: alienationes bonorum ad beneficium vnitum spectantium, de quibus citra vnionem disponi non poterat: & visitationes Ordinarium tamquam de beneficio vnito.

50 Rursùs eamdem conclusionem limita, si enunciatiua sit turbida, æquiuoca, & aliter intelligi possit, veluti si enuntietur Grangia; quia licet hoc verbum videatur significare vnionem, attamen ex communi vsu loquendi est verbum æquiuocum, & propterea non potest inde sumi efficax argumentum ad probandum vnionem. *Pen. decis. 337. nu. 5. & seqq. & decis. 1373. nu. 10.*

51 Item limita, si enunciatiua sit inuerisimilis, vel si conquassetur ab alijs contrarijs enuntiatiuis antiquis. *Pen. d. decis. 1373. nu. 13 &c.*

52 Item limita, si enuntiatiuæ dicant simpliciter cùm annexis, non autem exprimant, quæ sint ista annexa. *Seraph. decis. 886. nu. 2.*

53 Præter enuntiatiuas vnionis in antiquis instrumentis, etiam Ordinarij confessio multum attenditur ad probandam vnionem. *decis. 485. num. 13. par. 4. tom. 2. recen. & decis. 48. n. 8. par. 10.*

54 Quoniam de illius præiuditio agitur *Seraph. decis. 780. nu. 2. & decis. 1272. num. 3.*

55 Sed quod vnio non probatur ex attestatione Episcopi. *Coccin. decis. 30. nu. 4. & decis. 468. nu. 3.* Maximè si Episcopus in aliquo actu attestetur de vnione facta de præterito, quæ in eodem actu coram ipso vnico contextu fieri debebat. *Duran. decis. 74. nu. 16. 21.*

56 Conciliatio desumitur ex ijsdem decisionibus; nam prima conclusio procedit, quando aliæ probationes concurrunt, & nō agitur principaliter de vnione, sed ad effectum excludendi prouisum, & absoluendi Reum, & possessorem beneficij vniti: secunda vero conclusio procedit, vbi de vnione principaliter agitur, nèc alia concurrunt, vt apud *Coccin. d. decis. 468. n. 3. & Mantic. decis. 355. nu. 6.*

57 Probatur etiam vnio ex confessione partis petentis dissolutionem, seù reuocationem vnionis, quia, qui dicit, diuortium factum fuisse, probat matrimonium fuisse contractum. *Verall. decis. 344. nu. 4 par. 3. Comitol. decis. 1. n. 3.*

58 Et quod vnio probatur ex disiunctione, seù dismembratione vnius ecclesiæ ab alia, quia disiunctio præsupponit vnionem. *Buratt. d. decis. 660. nu. 4. & recen. par. 1. decis. 371. nu. 1.*

59 Notandum tamen, quod dissolutionem vnionis petens debet iustificare vnionem, tamquam partem gratiæ, cuius fundamentum in asserta vnione consistit. *Pen. decis. 1208. nu. 2.*

60 Item probatur vnio ex confessione antecessoris Parochi moderni, quatenus vnionem beneficij obtinuit tamquam vacantis per obitum. *decis. 89. nu. 16. par. 12. recen.*

61 Item probatur vnio duarum ecclesiarum, ex quo vnus Rector vtramque ec-

cle-

clesiam possederit, cum aliàs duæ Ecclesię non fuissent vni personæ committendæ. *decis.* 724. *nu.* 1. *part.* 2. *recen.* vbi quod hoc est signum, seù potius demonstratio vnitatis.

62 Quia sicut diuersitas possessorum arguit beneficiorum diuersitatem, ita duo beneficia vnita præsumuntur, si ab vno solo possideantur. *decis.* 50. *nu.* 4. 5. 9. *part.* 7. *recent.*

Et confert ea ratio, quod beneficium vnitum possidetur vti prædium, Ideo non habet proprium Rectorem. *Card. Otthob. decis.* 179. *nu.* 10. *& seqq.*

63 Et quod vnio ex eo probatur, quod vna Ecclesia ab altera possideatur, quoniam vna Ecclesia non potest alteram possidere, nisi ei sit annexa. *Seraph. decis.* 1272. *nu.* 1. *& decis.* 1304. *in fin. & part.* 4. *tom.* 2. *recent. decis.* 485. *n.* 11. *& part.* 10. *decis.* 9. *num.* 15. vbi quod Episcopi non permisissent, vt per longissimum tempus deesset Ecclesiæ proprius, & particularis Rector, nisi alteri vnita fuisset.

64 Et quod ex possessione duarum Parochialium arguitur vnio, quia est incompatibile duas Ecclesias Parochiales retinere, nisi sint annexæ. *Rot. recen. part.* 1. *decis* 119. *n.* 8. vbi quod procedit, etiamsi Rector modo vnius, modo alterius Ecclesiæ Rector nuncupetur.

65 Cæterum huiusmodi probatio non attenditur, quotiescumque vnio prætensa contrarijs probationibus excluditur. *Pen. decis.* 677. *n.* 8. *& nu.* 4. *vers. Ex his autem quæ proponebantur.*

66 Prout non probatur vnio ex perceptione fructuum, seu emolumentorum in alia Ecclesia *Pen. decis.* 1208. *n.* 5. vbi dictum fuit, non probari assertam vnionem Canonicatus Abbatiæ S. Ægidij ex eo, quod Abbas in Ecclesia Collegiata certa emolumenta perciperet: quia simul stare potest, quod aliquis percipiat in aliena Ecclesia portionem etiam Canonicalem, & tamen non sit Canonicus.

67 Similiter ex annuis solutionibus factis Monasterio, seu Capitulo non probatur vnio, sed subiectio, ex qua non infertur, quod beneficium sit de mensa Capituli, vel Monasterij. *Gregor XV. decis.* 77. *nu.* 5. *Buratt. decis.* 303. *nu.* 15. *Emin. Otthob. decis.* 179. *nu.* 18. 19. *& decis.* 223. *nu.* 16. 17.

68 Item vnio probatur, ex quo vna Ecclesia sustinet onera alterius Ecclesiæ, veluti pro reparatione, & fabrica, pro visitatione Episcoporum, & similibus: nam onerum solutio pro aliqua Ecclesia denotat dominium eius spectare ad Ecclesiam, quæ soluit. *decis.* 102. *n.* 4. *part.* 1 *recent. Congruit decis. Caualer.* 408. *nu.* 6. *versic. tandem videbatur. & versic. accedebant.* vbi de solutione quindennij pro Ecclesijs vnitis. *& decis. Dunozet.* 911. *nu.* 9 vbi quod ex taxis per Prælatum in Cancellaria solutis etiam pro Ecclesijs vnitis probatur vnio.

69 Item probatur vnio, ex quo Ecclesia fuit ædificata in Territorio proprio alterius Ecclesiæ; nam Ecclesia, sub cuius proprietate est Territorium, ratione dominij dicitur domina etiam Ecclesiæ in suo Territorio ædificatæ, *d. decis.* 102 *nu.* 2. *part.* 1. *recen.*

70 Item vnio probatur per donationem Regis de Ecclesia cum decimis, & primitijs, oblationibus, & obuentionibus omnibus, nam talis Ecclesia pleno iure concessa videtur. *decis.* 626. *nu.* 1. *par.* 1. *recent. & decis.* 88. *nu.* 7. *part.* 9. vbi quod hæc omnia alio titulo obtineri non possunt, & quod sufficit in donatione virtualiter vnionem contineri. *Seraph. decis.* 1304. *in princ. Martin. Andr. decis.* 11. *nu.* 1. *Merlin. decis.* 625. *nu.* 4. vbi quod Rota magni facit similes Regum donationes.

71 Sed quod ex donatione non infertur ad vnionem, quia donare beneficium non est illud vnire, sed importat donationem solùm iuris conferendi. *Gregor. XV. decis.* 77. *num* 6 *vbi Add. nu.* 11. *& decis.* 142. *nu.* 3 *Emin. Otthob. decis.* 179. *nu.* 12. *& decis.* 223. *nu.* 2 3. 7 vbi quod donatio Ecclesiæ à Laicis facta restringitur ad ius de illa prouidendi donationibus competens,

H pro-

proprietatis autem Ecclesiæ translatio nem non importat, cum dominium Ecclesiarum pænes Laicos esse non possit absque dispensatione legitima.

Et quod donatio, & vnio sunt diuersa, nec à pari procedunt, habetur in *decis. 688 nu. 3. part. 1. recent.* vbi Rota exemplificat in donatione iurispatronatus, quæ solo Episcopi consensu perficitur, ex quo Ecclesia cum bonis non transfertur, sed donantur solummodo præeminentiæ patronis debitæ: secus autem est in vnione, cum per illam transferantur etiam bona benefitij vniti.

72 Conciliantur dictæ decisiones *per Add. ad Gregor. d. decis. 77. nu. 11.* vbi quod vel donatio est simplex, & non importat vnionem: vel est concepta per verba valde prægnantia, & alia concurrunt adminicula inferentia ad vnionem, & tunc donatio etiam vnionem importat. & hanc distinctionem amplexa est *Rota recen. par. 9. decis. 88. nu. 9. & seqq.* vbi pro adminiculis considerat testes deponentes de publica voce, & fama, sententias vnionem canonizantes, & exactiones redituum, prouentuum, ac decimarum per Ecclesiam, cui vnio facta asseritur, detracta certa portione pro Vicario.

Amplia primam conclusionem, vt vnio ex instrumento donationis antiquo vltra centum annos probetur, etiamsi donatio sit facta à Laicis, stante confirmatione Apostolica. *Dunozet. decis. 61. nu. 1.*

Amplia secundo, etiamsi confirmatio sit in forma communi, concurrente obseruantia, quæ in hac materia est attendenda. *Dunozet. decis. ead. nu. 2. 3.*

73 Item vnio probatur ex creatione Vicarij amouibilis, cum Ecclesia regulariter prouideatur de Rectore, & non de Vicario. *d. decis. 102. nu. 5. part. 1. recent. & decis 485. nu. 14. part. 4. tom. 2. Caualer. decis. 599. nu. 7.*

74 Et quod vnio deducitur ex eo quod in Bulla Apostolica is qui debebat curam exercere, fuerit appellatus Vicarius, *Rota in Conimbricen. præsentationis. 12. decis. 1650. §. eaque videtur. coram R. P. D. Verospio, impressa in recen. par. 11. in ordine decis. 102. Congrui decis. Caualer. 599. nu. 7.* vbi quod vnio Parochialis facta Archidiaconatui deducitur ex eo, quod collata fuerit non in titulum Rectoriæ, prout de iure Parochiales conferuntur, sed in titulum Vicariæ ad nominationem Archidiaconi.

75 Quod autem dictum est de Vicario amouibili, procedit, & in perpetuo, cum in Ecclesijs vnitis etiam Vicarij perpetui, & numquam amouibiles deputentur. *decis. 37. nu. 8. part. 4. rec.*

Nam in Parochialibus secularibus vnitis alicui dignitati vel Monasterio Vicarius perpetuus est deputandus. *decis. 5. nu. 2. 3. part. 7. recent.*

76 Et quod vnio probatur ex creatione Vicarij perpetui cum assignatione congruæ. *decis. 441. nu. 3. part. 5. recent. inter impress. Merlin. decis. 95.*

77 Nec ex eo quod sit Vicarius perpetuus excluditur vnio, aut sequitur quod omnis cura in ipsum translata fuerit, cum id possit verificari in simplici exercitio, & cura actuali. *decis. 102. in fin. part. 2. recent.* vbi quod ex deputatione Vicarij perpetui Ecclesia non desinit esse de mensa, *& d. decis. 37. nu. 8. part. 4. & decis. 445. in fin. part. 5. tom 2. recent.*

78 Similiter non excluditur vnio, ex quo præsentationes factæ fuerint de Rectoribus, non autem de Vicarijs, quia ista sunt synonima, & sæpe vnum
79 pro alio vsurpatur. *d. decis. 102. nu 6. part 1 & d decis. 37. n. 9. part. 4. rec.*

80 Item probatur vnio ex assignatione certæ portionis pro Vicario, atque exactione integra Decimarum, siue aliorum fructuum per Rectorem cui dicitur Ecclesia vnita. *Crescen. decis. 1. nu. 2. 3. de offic Vicar. & decis. 1. de decim. Mohed. decis. 5. tit. eod Verall decis. 339 nu. 6. part. 3. Andr. decis. 11 num. 3. Merlin. decis. 817. n. 2. & recent. part. 1. decis. 102. nu 4. & decis. 626. n. eod. & part. 4. tom. 2. rec. decis. 485. nu 9. & nu. 13. & tom. 3. decis. 580. num. 8.*

*& par.*

*& par. 6. decis.* 16. *n.* 8. *& par.* 8. *decis.* 485. *nu.* 14. *& decis.* 580. *n.* 8. *& par.* 9. *decis.* 88. *nu.* 12. *& par.* 10. *decis.* 48. *nu.* 5. vbi de assignatione domus, & salatij facta per Canonicos Vicario Capitulariter electo. *& par.* 11. *decis.* 102. *nu.* 6. *& decis.* 305. *nu.* 19. *par.* 11. *& in Barchinonen. Parochialis de Palau.* 30 *Ianuar.* 1651. *coram R. P. D. Albergato*, vbi quod vnio probatur, si Capitulum percipiat duas ex tribus partibus fructuum, & tertiam ille qui curam exercet.

81 Quod si integra fructuum perceptio fuerit assignata Vicario cum onere respondendi de certa quota Rectori, tunc videtur facta simplex dismembratio fructuum per Vicarium soluendorum. *d. decis.* 580. *nu.* 9. *par.* 4. *tom.* 3. *recent. & decis.* 710. *nu.* 3. *in fin. part.* 2. *Gregor. XV. decis* 77. *nu.* 5. vbi quod solutiones factæ à Rectore Monialibus prætendentibus, beneficium sibi fuisse vnitum, arguebant subiectionem, non autem quod beneficium esset de mensa Monasterij, nam, si fuisset de mensa, Rector de manu Monialium recepisset fructus, non autem Moniales de manu Rectoris certam recognitionem recepissent.

Congruit *decis. in Tarnisina S. Theonisti.* 31. *Maij* 1613. *coram Remboldo, allegata per Adden. ad Gregor. XV. d. decis.* 77. *nu.* 10. in qua clarè dictum fuit, quod modica recognitio excludit vnionem, quia stante vnione non quid modicum, sed omnes fructus spectant ad Ecclesiam, cui vnio facta prætenditur.

82 Limita, si certa quota fuerit concessa Rectori, & residuum Vicario pro sua prouisione, quæ verba significant pro sua congrua. *d. decis.* 580. *nu.* 12. 13. *part.* 4. *tom.* 3. *recent.*

Nam licet Vicarius perpetuus non debeat habere omnes fructus, sed solùm congruam portionem pro sua sustentatione: & ex hoc Vicaria probe-
83 tur, quod quis recipit congruam portionem pro victu. *Mobedan. d. decis.* 5. *de decim. Verall. d. decis.* 339. *num.* 6. *part.* 3.

84 Attamen secus est, quando omnes fructus, seu decimæ aut alia emolumenta assignantur pro cõgrua, seu per prouisione, vt declarando dictas decisiones *Verall. & Mobedan. respondit Rot. d. decis.* 580. *nu.* 15. *part.* 4. *tom.* 3. *recent. & sensit Mobedan. d. decis.* 5. *in fin.*, vbi quod Vicarius perpetuus potest habere fundatam intentionem super decimis assignatis pro congrua, aliàs secus. Quod habetur *& in decis.* 758. *nu.* 5. *part.* 1. *diuers. & magis expressè in decis.* 37. *nu.* 10. *part.* 4. *recent.* vbi quod licet solutio census facta à Rectore Parochialis Ecclesiæ Prælato, cui eadem Ecclesia vnita prætenditur, arguat potius subiectionẽ quam vnionem, vt apud *Gregor. XV. d. decis.* 77. *n.* 5. hoc tamen procedit in dubio, secus quando aliàs constat de vnione: tunc enim Prælatus, qui tenebatur dare Vicario congruam portionem de redditibus Parochialis vnitæ, potuit illi assignare certam portionem, & reliquos fructus sibi reseruare, vel omnes fructus Vicario dimittere, & sibi certum quid retinere iuxta *Gl. in cap. auaritia, in verbo redditus, & in cap. de Monachis. in fin. de praeben. quæ dictos casus æquiparat.*

Et cum *d. decis.* 37. *& relata Glos. auctoritate processit Rot. in decis.* 441. *nu.* 10. *& decis.* 445 *nu.* 11. *part.* 5. *& decis.* 330. *nu.* 20. *part.* 9. *recent. & decis.* 334 *n.* 9. *part.* 10. *quæ est inter impress. Eminentiss. Celsi decis* 70.

85 Notandum tamen, quod licet ex assignatione congruæ portionis probetur, quod aliquis sit Vicarius, ex perceptione decimarum non infertur pernecesse, quod aliquis sit verus Rector Parochiæ, nam est signum æquiuocum, & etiam Vicarius potest eas exigere, etiamsi spectent ad verum Rectorem. *d. decis.* 580. *nu.* 28. *part.* 4 *tom.* 3. *recent cum supra not. nu.* 66.

86 Item vnio probatur ex attestatione, seu denominatione Officialium Cameræ Apostolicæ, qui talem fructuum applicationem denominauerint vnionem:

nem: ijs enim in materia proprium officium concernente plurimùm defertur *d. decis.* 102. *nu.* 7 *part.* 11. *recent.*

87 Item probatur ex eo, quod in Bulla fuerit inserta derogatio Concilij Lateranēn. & regularum Cancellariæ de exprimendo valore, & expeditione ad partes in vnionibus facienda loquentium: nam talis derogatio Pontificis mentem ad vnionem respexisse necessariò declarat, ne aliàs superfluitatis vitio redargui possit. *d. decis.* 102. *nu.* 8, *part.* 11. *recent.*

Et quod in hac materia mens Pontificis ex derogationibus declaretur. *Emin. Ottbob. decis.* 45. *nu.* 12. *cum ibi alleg.*

88 Sed nota, quod Vicarij institutio sub certæ congruæ reseruatione plenam vnionem, & incorporationem Ecclesiæ necessariò non præfert, sed potius applicationem, & annexionem quoad temporalia: & consequenter denominatio Vicarij potest, etiam ex quodam loquendi vsu procedere per quem vera rei essentia, & substantia non immutatur. *vt in d. dec.* 102. *num.* 11. 12. *par.* 11.

89 Et similiter derogatio regulæ de exprimendo valore, & expeditione ad partes in vnionibus facienda non repugnat dismembrationi, sed illam comprehendit, & bonorum Ecclesiasticorum applicationes, vt ex eiusdem regulæ lectura dignoscitur, prout notatur *in ead. dec.* 102. *nu.* 13. *& seqq.*

90 Item vnio probatur per antiquas collationes ab Ordinario factas sine concursu ad nominationem, seu Prætensionem Rectoris. *dec.* 798. *nu.* 5. *par* 1. *diuers. & dec.* 626. *nu.* 5. *part.* 1. *recent. & decis.* 580. *num.* 4 *part.* 4. *tom.* 3. *& decis.* 202. *nu.* 1 *part.* 8. *Andr. decis.* 11. *nu.* 5. *Caualer. decis.* 599. *nu.* 7. *Merlin. decis.* 625 *nu.* 3. 6. vbi, quod hæc est potissima vnionis probatio, quia Episcopus non admisisset præsentationem factam à Rectore, tamquam sibi præiuditialem, nisi ei constitisset de veritate vnionis. *Dunozet. decis.* 911. *nu.* 8.

Et quod vnio rectè probatur ex obseruantia desumpta ex collationibus, & institutionibus factis ad nominationem Rectoris, seu Prælati cui facta est vnio, & quidem effectum sortitis. *Merlin. decis.* 95. *nu.* 4. *& seq. & decis.* 115. *nu.* 8. *Pen. decis.* 30. *nu.* 11. *Dunozet. decis.* 61. *nu.* 4. 5. *& recent part.* 1. *decis.* 119. *nu.* 7. *& par.* 6. *decis.* 16. *n.* 4. *& part.* 8. *decis.* 248. *nu.* 2. *& part.* 11. *decis.* 305. *nu.* 12. 13.

91 Notandum tamen, quod ex solo iure præsentandi non probatur, quod Ecclesia sit vnita, & annexa mensæ, cum illud competere possit ex alia causa, quam vnionis. *Buratt. decis.* 303. *n.* 13.

92 Sed licet præsentatio fieri possit alio titulo quam vnionis, videlicet titulo iurispatronatus, nihilominus facta præsumitur ex causa vnionis, tamquam tituli præambuli, dum de alio titulo non docetur. *decis.* 441. *num.* 6. 7. *part.* 5. *tom.* 2. *recent. & decis.* 248. *nu.* 5. *par.* 8 *& decis.* 203. *nu.* 2 3. *& decis.* 330. *nu.* 24. 25. *part.* 9. vbi quod constito ex publicis Instrumentis de vnione beneficij, præsentationes, seu nominationes subsecutæ referri debent ad titulum vnionis de quo constat, tamquam effectus ex præcedenti causa prouenientes, non autem ad titulum iurispatronatus, cuius nulla datur legitima probatio.

93 Quod multò magis procedit, si in ipso Instrumento vnionis expressè reseruatur præsentatio Ecclesiæ, aut Dignitati, cui fit vnio, tunc enim magis conuincitur, sequentes præsentationes factas fuisse in vim tituli vnionis præcedentis, non autem iurispatronatus, vt aduertit. *Rot. in d. decis.* 441. *num.* 8. *part.* 5. *& d. decis.* 330 *nu.* 26. *part.* 9. *recent.*

94 Item vnio probatur ex Instrumento possessionis apprehensæ vigore litterarum vnionis, & descriptione beneficij vniri in libris vnionum, & ex effectu ac obseruantia subsecuta. *decis.* 119. *nu.* 7. *& seqq. part.* 1. *& decis.* 192. *nu.* 2, 3. *part.* 2. *recent.*

Et

Et quod ex pluribus deputationibus Rectoris seu Capellani ad eligentis beneplacitum, factis à Capitulo, seu Prælato cui beneficium fuit vnitum. & effectum sortitis, quia sic deputati possessionem acceperunt, resultat obseruantia apta iustificare vnionem. *d. decis. 441. nu. 5. part. 5. & decis. 330. nu. 6. part. 9. decis. 48. nu. 6. & decis. 152. nu. 5. 6. part. 10. recent. Buratt. decis. 660. nu. 3. cum supra allegatis nu. 72. in fin.*

95 Item vnio probatur ex taxa annua Ecclesiæ tamquam subiectæ Monasterio, cui asseritur vnita, facta ab Abbate, & Monacis dicti Monasterij, confirmata per executorem Apostolicum, & sue cessiuè obseruata per plures annos: nec enim Monasterium talem Ecclesiam vti vnitam taxasset, aut Delegatus Apostolicus taxam confirmasset, aut Rectores pro tempore soluissent, nisi verè adesset vnio. *d. decis. 152. nu. 8. part. 10.*

96 Item probatur ex visitationibus factis ab Abbatibus Monasterij, cui facta asseritur vnio, cum assertione, quod talis Ecclesiæ collatio, prouisio, & visitatio ad Abbatem, & Monasterium spectat. *d. decis. 152. nu. 9. part. 10. rec.* Nam visitatio est actus iurisdictionis. *Gregor. XV. decis. 4. nu. 4. Buratt. decis. 504. num. 1.*

97 Et præsertim si pro parte Ordinarij per lapsum longissimi temporis nulla datur visitatio facta de tali beneficio, tamquam separato, & independenti à Monasterio. *d. decis. 152. n. 10. par. 10.*

98 Item deducitur ex paupertate Ecclesiæ actualiter enunciata in literis Apostolicis, quam ad hunc effectum esse magni ponderis, dixit *Rot. in Tirasonen. annexionis, relata per Garz. de benef. part. 12. cap. 2. §. 3 nu. 241. versic. Coadiunatur hac probatio. & coram Dunozet. d. decis. 911. nu. 6.*

99 Item vnio probatur per tres sententias conformes in iudicatum transactas, vnionem canonizantes. *decis 88. nu. 10. part. 9. recent.* vbi quod ex illis resultat non modo vehemens vnionis adminiculum, & præsumptio, sed indubitata, notoria, & manifesta probatio.

100 Item vnio probatur ex alienatione bonorum ad beneficium vnitum spectantium, de quibus citra vnionem disponi non potuisset. *decis. 9. num. 10. part. 10. recent.*

101 Item ex pluribus enuntiationis vnionis, licet non antiquis, quia faciunt vehementem præsumptionem. *d. decis. 9. nu. 14. part. 10. recent.* Quam conclusionem, sicuti etiam præcedentem, in-

102 tellige iuxta terminos eiusdem decisionis videlicet ad effectum adminiculandi enuntiatiuas antiquas, à personis interrellatis æmanatas, vt eis fides habeatur.

103 Item vnio probatur ex visitatione Episcopi vnionem vetam asseuerantis: quoniam Episcopo tamquam informato de statu beneficiorum suæ diœcesis, & in cuius præiuditium tendit vnio respectu collationis, plurimum deferri solet. *Seraph. decis 1127. nu. 3. & decis. 1272. nu. eod. Merlin. decis. 625. n. 3. 7. Dunozet. decis. 911. nu. 7. & recent. part. 2. decis. 724. nu. 3. in fin. & part. 6. decis. 16 nu. 9. & part. 10. decis. 48. nu. 7. & decis 9. nu. 12. 13.*

104 Prout diuersitas beneficiorum probatur ex eo, quod Episcopus visitauerit beneficia tamquam diuersa, & de ijs distinctam mentionem fecerit in visitationibus. *decis. 50 nu. 6. part. 7. rec.*

105 Postremò circa hanc materiam notandum, quod siquis valit per testes probare negatiuam vnionis, debent testes rationem reddere sui dicti, & coarctare negatiuam: vnde non sufficit, si dixerint, Ecclesiam non esse vnitam, quia non viderint aliquam vnionem, vt apud *Seraph decis 1457. nu. 1.*

106 Item circa probationem vnionis temporalis seu perpetuæ notandum, quod vnio beneficij facta ad vitam Rectoris tunc viuentis excludit perpetuitatem vnionis. *decis 9. nu. 16. part. 10. recent.*

107 Secus, si de tempore dictæ vnionis tem-

tēporalis Rector probauerit longissimā possessionem, & publicam vocem, & famam vnionis, quæ possessio, & publica vox, & fama non possunt referri ad titulum vnionis temporalis, sed probant titulum perpetuæ vnionis, cuius possibilitatem non excludit titulus temporalis. *d. decis. 9. nu. 18. part. 9. recent.*

108 Et quod vnio temporalis non excludit, quin deinde fieri potuerit absoluta, quam probant subsequentes prouisiones post obitum illorum, ad quorum vitam facta fuit vnio. *Dunozet. decis. 806. nu 5. & decis. 911. nu. 16.*

---

## De reuocatione, seu dissolutione Vnionis.

## CAP. XII.

### SVMMARIVM.

1 *Vnio ad tempus, & in perpetuum dissolui potest.*

2 *Dissoluta ad tempus quando vnio dicatur.*

3 *Dissolutio perpetua vnionis quanam dicatur.*

4 *Ecclesia ad tempus dismembrata, seu disiuncta debet eueniente tempore reuniri, & restitui Ecclesiæ, cui erat annexa.*

*Amplia non obstante quod ad fauorem alterius fuerit resignata, si Papa resignationem admittit absque derogatione regulæ de iure quæsito non tollendo. num. 5.*

*Ampliationem declara vt. nu. 6.*

7 *Vnione perpetuo dissoluta Ecclesia fruitur honoribus, statutis, & priuilegijs, quæ obtinebat antequam vniretur.*

8 *Vnione dissoluta beneficium vacat vt priùs.*

*Declara vt nu. 9.*

10 *Vnionē dissoluere qui possint, remissiuè.*

11 *Vnio facta per Papam non potest per inferiorem dissolui.*

12 *Vnio ad vitam facta per Papam inducit reseruationem, adeo vt ea dissoluta adhuc ordinarius conferre non possit.*

13 *Legatus potest vnionem Apostolicam dissoluere.*

14 *Vnionis reuocandæ quæ sint iusta causa, vel secùs, item nu. 15.*

16 *Causis ex quibus facta fuit vnio non cessantibus neque ipsa vnio cessare debet.*

*Et quod si plures sint causæ vnionis. num. 17.*

18 *Vnio facta pro erectione Monasterij, vel dote Ecclesiæ in Collegiatam erectæ non est reuocanda, si ipsa erectio non fuit reuocata.*

19 *Reuocatio vnionis, quæ requirat.*

20 *Reuocata vnio non censetur, nisi constet de expressa reuocatione.*

*Amplia vt nu. 21., & 22.*

23 *Dissolutio vnionis spatio 40. annorum præscribitur, & de effectu talis præscriptionis.*

24 *Dissolutio vnionis non inducitur spatio 29. annorum, quando constat de vnione obseruata per 40. annos.*

25 *Dissolutionem vnionis petens, & gratiam obtinens iustificare debet vnionem, tamquam fundamentum suæ intentionis, & partem gratiæ.*

26 *Dissolutionis vnionis causa cessante etiam illius dissolutio cessare debet.*

27 *Vnio quæ fuit reuocata, nec habuit effectum, non habetur in consideratione.*



1 VNio ad tempus, & in perpetuum dissolui potest. Temporalis dicitur dissolutio, vbi Papa apponit ea verba, quod decedente vnio in pristi-
2 num statum reuertatur. *Cassador. decis. 2. de vnion.*

3 Perpetua autem vbi non est facta ad vitam alicuius & contemplatione certæ personæ: & Papa non apposuit verba prædicta. sed verba præferentia omnimodam separationem, veluti si dixerit, penitus dissoluentes, &c. *Pute. decis. 392. nu 2. & 3. lib. 2.*

4 Si igitur Ecclesia fuerit ad tempus dismembrata, siue disiuncta ab ea, cui fue-

fuerat vnita, tempore eueniente vniri debet, & restitui Ecclesiæ, cui priùs erat annexa. *Baratt. decis. 660 num. 5. Ad quod facit decis. Mantic.* 277. *nu.* 1. vbi quod donatio ad vitam finitur cum vita donaratij.

5 Et si Ecclesia taliter dismembrata fuerit resignata ad fauorem alterius, & Papa resignationem admiserit absque derogatione regulæ de iure quæsito non tollendo, resignatio non tenet in præiudicium Ecclesiæ, cui reuniri debet finito tempore, ad quod fuit dismembrata, & hoc procedit etiamsi Papa sciuerit præiudicium, hoc est quod mortuo eo, ad cuius vitam dismembratio facta fuerat, Ecclesia ad primum statum reuerti debebat, & ad eam, cui fuerat perpetuò vnita, reuerti. *Pute decis.* 288. *per tot. libr.* 3. vbi rationem affert, quia per resignationem ad fauorem certę personę factam per eum ad cuius vitam vnio fuerat dissoluta, differebatur, & prorogabatur tempus, quo Ecclesia iterùm vniri debebat, & in illa dilatione tollebatur ius Ecclesiæ, cui debebat vniri; Regula autem loquitur generaliter de nō tollendo ius quæsitum, quod quidem ius ita tollitur in parte temporis, saltem quando tempus est notabile, sicuti quando tollitur in totum.

6 Declara vt procedat in vnione facta ad vitam alicuius, & dissoluta ad fauorem alterius, vt in casu dictæ decisionis, quia tunc dissolutio non potest prorogari in præiudicium primi, ad cuius fauorem facta fuit vnio, nisi derogetur regulæ de iure quæsito; & hoc quia per suspensionem in potentia reuocaretur prima concessio: secùs si vnio sit perpetua, & suspendatur, vt in *decis.* 57. *nu.* 17. *& seqq. par.* 4. *tom.* 2. *recent.*

7 Si verò vnio fuerit perpetuo dissoluta, Ecclesia retinet honores, statuta, & priuilegia, quæ obtinebat antequam vniretur. *dec.* 708. *nu.* 4. *par.* 2. *recen.* & quod dissoluta vnione per suppressionem Ecclesiæ, cui alia Ecclesia vnita fuerat, dicta Ecclesia vnita vindicat pristinam libertatem, non secus, ac extincto vno ex coniugibus, soluitur matrimonium carnale, ac superstes liber euadit, non quia positiuum aliquid in eius persona acciderit, sed per priuationem termini relationis ex matrimonio resultantis *decis.* 26. *nu.* 3. 4. *part.* 11. *recent.* vbi etiam quod in simili Ecclesia extincto patrono libertatem recuperat.

8 Et vnione dissoluta beneficium vacat vt priùs: vnde si beneficium erat reseruatum, quia vacauerat in mensibus Apostolicis, vel quia Papa vnionem fecerat, & propter appositionem manus Papæ affectum remanserat, non potest Ordinarius in eo se intromittere. *Crescen. decis.* 2. *de paroch. Verall. decis.* 345. *nu.* 1. *&* 6. *part.* 3. *Pute. decis.* 13. *num.* 1. *libr.* 3.

9 Intellige quando vnio dissoluitur tamquam nulla, quia tunc non datur noua vacatio, sed remanet antiqua, secus, vnione, quæ erat valida, dissoluta. *Cassador. de vnion. decis.* 2. *nu.* 2. *&* 14. *Seraph. decis.* 1309 *nu.* 2. *&* 5. *Emin. Celsus decis.* 260. *nu.* 16. *& decis.* 282. *num* 6.

10 De ijs, qui possunt vnionem dissoluere vide *Garz. de benef. part.* 12. *cap.* 2. *nu.* 202. *& seqq.*

11 Ex Rota autem notādum quod vnio facta per Papam non potest per inferiorem dissolui. *Caualer. decis.* 373. *n.* 1 *in fin. & part.* 2. *recent. decis.* 737. *nu.* 2.

13 Sed Legatus potest vnionem Apostolicam soluere, & bona dismembrata, alijs personis de Sede Apostolica benemeritis vnire. *decis.* 70. *nu.* 1. *part.* 5. *recent.*

14 De causis reuocandæ vnionis *Garz. d. cap.* 2. *nu.* 305. vbi quod causa vnionis cessante potest vnio reuocari. *& num. seqq.*

15 Et quod notabile Ecclesiæ detrimentum, & cultus diuini diminutio dicuntur vrgentes causæ vnionis dissoluendę *Rot. diuers. part.* 3. *lib.* 3. *decis.* 578. *n.* 4.

Secùs est tamen; si impedimenta, quæ incidunt in Ecclesia, & propter quæ patitur in diuinis non proueniunt

ex

ex vnione: tunc enim Ecclesia vulta conquerens sibi deesse congruum mini sterium clericorum, vel aliquid in vnione institutum non obseruari, agere debet via ordinaria, vt sibi necessaria subministrentur, & obseruentur, quæ obseruari debent, non autem accusare vnionem, cuius vitio hoc non prouenit *d. decis.* 578. *nu.* 5. *& 6. part.* 3. *libr.* 3. *diu.* Et maxime stante obseruantia vnionis per longissimum tempus, ex qua vtilitas præsumitur vt in eadem *decis.* 578. *nu.* 5. *& decis.* 596. *nu.* 3. *& decis.* 642. *in fin. part.* 3. *libr.* 3. *diuers.* in quibus etiam dictum fuit, quod cum vnio esset antiquissima, & vltra 200. annos, & tam longo interuallo, non nisi modicum damnum, vel scandalum acciderit, non erat locus dissolutioni vnionis, quia non est mirum si per tam longum temporis spacium non ita tite obseruari potuerit, aut aliquid mutationis acciderit.

16 Causis autem ex quibus vnio fuit instituta, non cessantibus neque ipsa vnio cessare debet. *d. decis.* 578. *nu.* 3. *part.* 3. *libr.* 3. *diuers*

17 Imo si plures sint causæ, propter quas beneficium fuit vnitum, ob defectum aliquarum vnio non reuocatur, si vigeat causa principalis, ob quam facta fuit vnio. *d. decis.* 642. *num* 3. *part.* 3. *libr.* 3. *diuers.*

18 Et si vnio facta fuerit pro erectione Monasterij, vel pro dote Ecclesiæ erectæ, non reuocata creatione, neque ipsa vnio est reuocanda, quia erectio tamquam principalis, vnio vero vti accessoria debet considerari *Crescen. decis.* 1. *nu.* 2. *de Paroch. Buratt. decis.* 787. *nu.* 2. *& part.* 2. *recent. decis.* 612. *nu* 6. *& part.* 4 *tom.* 2. *decis.* 485. *n.* 28. *&* 29.

19 Præterea reuocatio vnionis non solùm causam requirit. *Garz. d. cap.* 2. *n.* 308. sed etiam citationem eorum, quorum interest vnionem non reuocari vt colligitur ex *Mantic. decis.* 29 *num.* 4. vbi quod vnio rite, & rectè facta non nisi ex causa, & vocatis ijs, qui lædi possunt; reuocari potest; ex quo infertur vnionem non censeri reuocatam, nisi

20 constet de expressa reuocatione, & tacitam non sufficere. *Congrua decis.* 580. *nu.* 10. *part.* 4. *tom.* 3. *recent.* vbi quod vnio non dicitur dissoluta, si ex Instrumento producto ad probandam dissolutionem id non resultat, neque in eo fit mentio dissolutionis.

21 Amplia, etiamsi in aliquo videatur discessum à primo contractu vnionis, veluti, si à principio assignata fuerit Vicario certa congrua resseruatis Prælato omnibus fructibus: deinde integra fructuum perceptio fuerit concessa Vicario cum onere respondendi de certa quota Prælato: quia ex hac variatione non infertur ad dissolutionem vnionis, nec ab ea censetur recessum, cum fructuum perceptio nõ alteret statum præcedentem. *d decis.* 580. *nu.* 14. *&* 20. *part.* 4 *tom.* 3. *recent.*

22 Amplia, etiàm si Papa prouiderit de beneficio non facta mentione vnionis, & cum decreto, quod cum primum per cessum, aut decessum vacare contigerit, censeatur de nouo vnitum: quia nihilominus vnio non dicitur reuocata, sed simpliciter suspensa. *Caualer. dec.* 411. *num.* 5.

23 Notandum tamen, quod dissolutio 40. annorum spatio præscribitur, hoc est, si constet de statu collatiuo per concursum vltra 40. annos. *Buratt. decis.* 857. *nu.* 10.

Et tali casu si quis habuisset ex antecedenti vnionis titulo possessionem nominandi Vicarium ad nutum amouibilem, eam amisisset, & Ordinarius possessionem conferendi acquisiuisset *Rot. in Bononien. Parochialis* 24. *Aprilis* 1651 §. *poderatum, coram R. p d. Meltio.*

24 Cursus autem 29. annorum non sufficeret ad inducendam disolutionem vnionis, quando constat de vnione obseruata per 40. annos, quia vna præscriptio completa non tollitur, nisi per aliam completam. *Buratt. decis.* 734. *num.* 10.

25 Cursus autem 29. annorum non sufficeret ad inducendam dissolutionem

vnio-

vnionis, quando constat de vnione obseruata per 40. annos, quia vna præscriptio completa non tollitur nisi per aliam completam. *Buratt. decis.* 734. *num.* 10.

25 Secundo Notandum quod dissolutionem vnionis petens, & gratiam obtinens iustificare debet vnionem tamquam fundamentum suæ intentionis, & partem gratiæ. *Pen. decis.* 1208. *n.* 2. vbi quod præcipuè procedit cum dissolutio futura est capitulo præiudicialis.

26 Tertio Notandum quod cessante causa dissolutionis vnionis, etiam effectus eius, & dissolutio cessare debet. *Pute decis.* 392. *nu.* 1. *libr.* 2.

27 Postremo notādum quod vnio, quæ fuit reuocata, nec habuit effectum, non habetur in consideratione *decis.* 360. *n.* 3. *part.* 3. *recent.* & *decis.* 174. *n.* 6. *part.* 7. & *apud Pen. decis.* 1379. *n.* 2. *in fin.*

---

## De suspensione vnionum.

### CAP. XIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Suspensio vnionis plurimum à reuocatione differt, & de vna ad aliam non infertur.*

*Amplia vt nu.* 2.

3 *Vnio facta pro dote necessaria Ecclesiæ licèt non veniat sub regulis reuocatorijs vnionum, venit tamen sub generali suspensione vnionum.*

4 *Pro reuocanda vnione expressa reuocatio requiritur, sed pro ea suspendenda sufficit clausula generalis suspensiua quarumcumque vnionum.*

5 *Clausula suspensiua quarumcumque vnionum sufficit ad euitandam subreptionem.*

*Amplia vt. nn.* 6. 7. 8. 9. 10. & 11.

12 *Vnio facta per cessum, vel decessum suspensa remanet per clausulam generalem suspensiuam quarūcumque vnionum in resignatione beneficij taliter vniti, aut erectione coadiutoria apposita, etiam si regula de iure quæsito non tollendo derogatum non fuerit.*

13 *Papa uniones factas de beneficio pleno per cessum, vel decessum ex stylo passim suspendit.*

14 *Papa non habet pro iure quæsito gratiam vnionis facta per cessum, vel decessum ad effectum, vt in dispositione beneficij taliter vniti debeat derogare iuri quæsito beneficio, seu dignitati, cui facta erat vnio. Declara vt nu.* 15. & 16.

17 *Oldr. sententiam qui tenuit, ex vnione facta per cessum, vel decessum ius in re quæri, vt gratia sequens non facta mentione de vnione præcedenti sit subreptitia, Rota reprobauit.*

18 *Vnionis mentio per illius suspensionem sufficienter facta dicitur.*

19 *Vnio perpetua etiam si fuerit suspensa, est tamen habitura suum effectum.*

20 *Suspensione durante vnio dormit perinde, ac si non esset.*

21 *In resignationibus ad fauorem Papa solet derogare quibuscumque vnionibus, & gratijs.*

22 *In resignatione concedi solet latissima suspensio quarumcumquè gratiarum pro securitate.*

23 *In resignationibus ad fauorem ex quibus clausulis vnio suspensa dicatur, vel secùs.*

24 *Vnionis perfectio non suspenditur per clausulam in vnione appositam, cum primum benefitia per cessum vel decessum vacauerint.*

PRo absolutione materiæ reuocationis dicēdum nunc esset de regula cancell. reuocatoria vnionum: sed quia in cap. præcedenti facta est mentio suspensionis, & dissolutionis vnionis ad tempus, ideo præmittendum videtur, maximam
1 esse differentiam inter suspensionem, & reuocationem, quia suspensio est temporalis, & modici præiudicij, reuocatio autem vnionis est perpetua, & magni præiudicij, & proinde non benè

infertur de reuocatione ad suspensionem. *decis.* 175. *nu.* 2. *part.* 4. *& decis.* 57. *nu.* 4. *& 5. ead. part.* 4. *tom.* 2. *recent. vbi etiam sub nu.* 6. *& seqq.* quod procedit, siue suspensio fiat in gratia
2 resignationis, in qua benefitium stat super vna tantum vita, in quibus terminis loquitur *decisio in causa Gerunden. Prioratus* 10. *Maij* 1610. *coram R. P. D. Verospio:* siue suspensio fiat in gratia coadiutoriæ cum futura successione, in qua benefitium stat super duabus vitis, nempe coadiutoris, & coadiuti: quia hæc duo non videntur differre specie, cum vtroque casu agatur de dilatione, quæ est quid diuersum à totali reuocatione; & licèt sint duæ vitæ, cum tamen vna vita sit intus aliam, & coadiuti regulariter sint vel senes, vel infirmi, semper est verum dicere, quod agitur de modica dilatione ad differentiam totalis reuocationis.

Ex eo autem quod non infertur de reuocatione ad suspensionem sequitur primo quod licet vnio facta pro dote
3 necessaria Ecclesiæ non veniat sub regulis reuocatorijs vnionum, venit tamen sub generali suspensione vnionum, etiamsi non fuerit facta mentio quod vnio esset facta pro dote; *decis.* 175. *nu.* 2. *part.* 4. *& d. decis.* 57. *n.* 1. *& seqq. vsque ad num.* 10. *ead. part.* 4. *tom.* 2. *recent.*

4 Secundo sequitur quod licet pro reuocanda vnione requiratur expressa reuocatio *Mantic. decis.* 29. *nu.* 4. Attamen pro suspensione vnionis sufficit clausula generalis suspensiua quarumcumque vnionum, nec gratia potest dici nulla, aut subreptitia ex non facta mentione vnionis, & præcisa illius suspensione: quia vnionis sufficiens mentio facta dicitur per illius suspensionem. *Cassador. decis.* 5. *de rescrn. & recent. part.* 2. *decis.* 105. *num.* 4. *in fin.*
5 Et clausula suspensiua quarumcumque vnionum sufficit ad euitandam subreptionem. *decis.* 38. *nu.* 3. *part.* 1. *rec.*

Amplia siue agatur de vnione facta pro dote, siue facta seminario, siue ex causa onerosa, & consistoraliter, quia cum Papa vsus fuerit verbis vniuersalibus suspendendo quascumque vniones, quæ clausula facit venire illa, quæ alias non venirent, videtur saltem in genere cogitasse etiam de huiusmodi vnionibus, quod sufficit ad euitandam subreptionem, vt in terminis vnionis
6 factæ pro dote necessaria Ecclesiæ habetur in *d. decis.* 175. *nu.* 4. *part.* 4. *& d. decis.* 57. *nu.* 10. *&* 11. *ead. part.* 4. *tom.* 2. *recent. & apud Merlin. decis.* 713. *nu.* 8. *cum not. per Add. ad Gregor. decis.* 159. *nu.* 9.
7 Et in terminis vnionis factæ ex causa onerosa, & consistorialiter in *dec.* 38. *num.* 4. *part.* 1. *recent. & d. decis.* 175. *nu.* 4. *part.* 4. *& apud Merlin. d. decis.* 713. *nu.* 8. *& Add. ad Gregor. d. decis.* 159. *nu.* 9.
8 Et in terminis vnionis factæ seminario pro institutione adolescentium in Ecclesiastica disciplina erecto, habetur apud *Merlin. d. decis.* 713. *nu.* 5. 6. *&* 10. vbi quod clausula suspensiua quarumcumque vnionum tollit subreptionem, etiamsi Papæ non fuerit narratum, quod vnio sit facta seminario, & etiamsi non fuerit derogatum decreto Sac. Conc. Trid. quo cauetur vniones huiusmodi suspendi nõ posse: quia dum Papa suspendit quascunque vniones, etiam de hac saltem in genere potuit cogitare: & Concilio Tridentino satis derogatum dicitur, dum Papa scienter contra illud disposuit, nec opus est alia derogatione.
9 Amplia etiamsi clausula suspensiua vnionum non legatur in litteris, sed solùm in supplicatione, *vt in d. decis.* 38. *nu.* 7. *part.* 1. *recent.*
10 Vel in supplicatione non adsit, sed tantum in litteris, *vt in d. decis.* 175. *nu.* 5. *part.* 4. *recent.*
11 Amplia etiamsi suspensio in secunda parte, & clausulis executiuis repetiatur, *vt in d. decis.* 38. *nu.* 6. *part.* 1. *recent. & d. decis.* 175. *nu.* 10. *part.* 4.
12 Amplia etiamsi regulæ de iure quæsito non tollendo in admissione resigna-

gnationis beneficij per cessum aut decessum vnitis, vel in erectione coadiutoriæ derogatum non fuerit: quia nihilominus gratia, stante clausula suspensiua quarumcumque vnionum, non potest dici nulla aut subreptitia; quando enim Papa facit actum de sui natura præiudicialem, ita vt non possit sine præiuditio sortiri suum effectum, tunc non est necessaria derogatio regulæ, cum regula sit fundata in præsumptione, quæ non habet locum, vbi rei euidentia est in contrarium: vnde vbi suspendit in genere quascumque vniones, non est locus dubitationi, an tollere voluerit ius quæsitum beneficio, seu dignitati, cui facta fuit vnio, *vt in recent. part. 4. tom. 2. d. decis. 57. nu. 12. & seqq.*

Et multò magis si Papa non solùm in genere suspenderet quascumque vniones, sed etiam in indiuiduo vnionem, de qua agitur *decis. ead. nu. 14.*

13 Accedit quod Papa huiusmodi vniones factas de benefitio pleno per cessum, vel decessum ex stylo passim suspendit: vnde arguendo ab vsu patris familias videtur ab initio vnionis gratiam fecisse sub tacita conditione, vt habeat locum, si, & quatenus ipse non concesserit huiusmodi suspensiones, vel aliàs quando dictæ suspensiones sint finitæ *d. decis. 57. num. 15. & seqq. part. 4. tom. 2. recent.*

14 Prætetea Papa non videtur habere pro iure quæsito similes gratias, quas sine difficultate suspendere solet, nec habet pro iure considerabili ius, quod non est formaliter quæsitum: cum vnio per cessum, vel decessum censeatur ab initio facta sub tacita conditione, vt non habeat locum in euentum cessionis in fauorem certæ personæ, sed tantum in casu obitus, vel liberæ cessionis: vnde in resignatione ad fauorem suspendendo vnionem ad tempus incertum, nempe obitus resignatarij Papa non dicitur facere præiuditium considerabile vnioni in hunc casum non concesse, nec tollere aliquod ius quæsitum, cui sit derogandum, cum possit esse quod resignatarius decedat ante resignantem. *Put. decis. 347. nu. 3. & 6. libr. 1. Rota recent. part. 1. d. decis. 38. nu. 4. 5. & 8. & part. 8. decis. 300. nu. 13. Merlin. decis. 713. nu. 4. & 9.*

15 Declara vt procedat vbi suspensio est ad tempus incertum, secus verò vbi est facta ad certum tempus, prout in *Astoricen. Archidiaconatus coram Seraph. de qua in d. decis. 38. num. 8. in fin. part. 1. recent.* vbi de suspensione ad quinquennium.

16 Item declara, vt procedat in suspensione ad modicum tempus, secus verò in suspensione ad longum tempus, veluti ad vitam trium personarum, vt distinguit *Put. dec. 289. in antiqu. quæ est in correct. dec. 288. lib. 3. sub nu. 3. & 6. & admisit d. dec. 38. num. 8. in fi. par. 1. recen.*

Ratio est quia licet per suspensionem ius differatur, quando tamen dilatio est maximi temporis in illo maximo tempore ius tollitur. *Put. d. dec. 288. nu. 3. lib. 3. vbi etiam sub num. 5.* quod ita tollitur ius in parte temporis, quando tempus est notabile, sicut quando tollitur in totum.

Sed notandum quod in casu *d. decisionis Put.* non solùm agebatur de suspensione ad vitam trium personarum, sed etiam vnio facta fuerat ad vitam, vt considerat *Rot. in d. dec. 57. nu. 17. par. 4. tom. 2. recen.* Hinc per talem suspensionem in potentia vacabat prima concessio, quia poterat esse, vt ille, cui facta fuit vnio ad vitam, decederet ante illum ad cuius fauorem fuit facta suspensio; secus est vbi agitur de vnione perpetua, quam certum est habituram suum effectum, cum beneficium, quod numquam moritur, sit superstes futurum ei, ad cuius fauorem facta fuit suspensio; *vt in d. dec. 57. num. 18. & seqq.* iuxta quam videtur non esse necessaria derogatio regulæ de iure quæsito, etiam si suspensio sit facta ad longum tempus, quando vnio est perpetua, & non ad vitam.

Item circa superius dictum, quod gratia vnionis per cessum, vel decessum non solet haberi à Papa pro iure quæsito ad effectum, vt in dispositione beneficij vniti debeat derogare iuri quæsito beneficiato, cui facta fuit vnio. Notan-
17 dum quod repugnat *trad. per Oldrad. cons. 257. incipien. factum tale est, n. 19.* vbi quod ex vnione queritur ius in re; & quod gratia sequens non facta mentione de vnione præcedenti est subreptitia.

Nihilominus *Ros. apud Puteu. dec. 347. num. 8. & in fin. lib. 1.* tenet contrarium, & dicit falsum esse quod per vnionem quæratur ius ad rem: licet in casu *Oldrad.* forsan possit concedi, quod quæsitum fuerit ius in re, cum in illo casu fuerit vigore vnionis capta possessio à principio. Admittit tamen, secundam gratiam in qua non fit mentio vnionis præcedentis, esse subreptitiam.

18 Sed mentio vnionis sufficienter facta diceretur per suspensionem illius *dec. 105. nu. 4. in fi. part. 2. recen.*

19 Item ex prædictis notandum quod vnio perpetua, etiamsi fuerit suspensa, tamen habitura est suũ effectum, quia beneficium numquam moritur, & erit superstes ei ad cuius fauorem vnio fuit suspensa. *d. dec. 57. nu. 20. par. 4. tom. 2. recen.*

20 Interea durante suspensione vnio dormit perinde, ac si non esset *dec. 402. nu. 1. par. 4. recen.*

Sed de effectuatione vnionis per cessum, vel decessum obtinentis *vide in cap. sequ.*

21 Item notandum circa clausulas derogatorias, quæ in resignationibus apponi solent, quod Papa in resignationibus ad fauorem solet derogare quibuscumq; vnionibus, & gratijs. *decis. 614. n. 7. par. 4. tom. 3. recen. Cassador. dec. 3. ante nu. 3. de renunt.* vbi quod
22 in resignatione concedi solet latissima suspensio quarumcumq; gratiarum pro securitate.

23 Et si in resignatione ad fauorem adsit clausula suspensiua omnium gratiarum, etiam vnionis per eam censentur suspensæ. *Cassador. d. dec. 3. de renunt. Rot. rec. par. 4. tom. 3. d. dec. 614. n. 13.*

Sed si adsit clausula generalis, cæterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, &c. quæ clausula tollit omnia obstãtia, per quæ effectus gratiæ differri, vel impediri posset, ea non operatur suspensionem vnionis, nisi in casu quod præcederet vnionis suspensio, & postea dicta clausula subsequeretur. *d. dec. 614. nu. 12. par. 4. tom. 3. recen.*

24 Postremò notandum, quod vnionis perfectio non suspenditur per clausulam in vnione appositam, cum primum beneficia per cessum vel decessum obtinentium vacare contigerit, quia talis clausula vnionis effectum non suspendit, sed tantùm illius executionem. *dec. 169. nu. 15. par. 7. & dec. 374. nu. 17. par. 9. tom. 2. recen.*

---

## De effectuatione Vnionis.

### CAP. XIV.

### SVMMARIVM.

1 *Effectuata dicitur vnio per vacationem beneficij vniti, & realem possessionis apprehensionem.*

2 *Vnionis factæ per cessum vel decessum effectus suspenditur, donec possessor beneficij decedat, seu liberè resignet.*

3 *Vnio restricta ad casum vacationis non sortitur effectum per resignationem ad fauorem certæ personæ, & multò minus si in prouisione resignatarij adest clausula suspensiua quarumcumque vnionum. nu. 5.*

4 *Beneficium non dicitur propriè vacare per resignationem ad fauorem certæ personæ, sed solùm vacare, vt conferatur resignatario.*

6 *Ad effectuationem vnionis præter obitum possessoris requiritur acceptatio, & apprehensio possessionis præbendæ vnitæ;*

*Quod prouidit, [illegible] Beneficij [illegible]*
*[illegible]*

7 *Acceptata dicitur vnio per [illegible] pro perpetuum [illegible] Contrarium . tenuit antiqua Rota, & etiam nuperrimè. tentum. nu. 8.*

9 *Effectuata dicitur vnio, statim facta [illegible] absque alia apprehensione possessionis, secundo sit facta cum [illegible] [illegible], [illegible] ex tunc*
*Declaratur. nu. 10.*

11 *Effectuatio vnionis non præsumitur, sed est probanda.*

12 *Effectuata vnio probari debet, antequam per regulam fuerit reuocata.*

13 *Effectuata statim vnio præsumitur, si beneficium vnitum, de tempore vnionis possidebatur ab Ecclesia, cui fuit vnitum.*
*Item si per longam annorum seriem vnio obseruata fuerit. nu. 14.*

15 *Effectuatio præsumpta in materia excedente centum annos est sufficiens.*

16 *Vnio, si in parte fuit effectuata, præsumitur effectuata in totum.*
*Limita, vt nu. 17.*

18 *Effectuatio vnionis in aliquo actu inducto præsumptionem effectuationis etiam in alijs.*

19 *Vnionis non effectuationem allegans, & in ea se fundans debet eam concludenter probare.*

20 *Exceptio est probanda contra eum, qui suam intentionem fundatam habet.*

21 *Effectuatio vnionis probatur ex prouisionibus subsecutis à tempore, quo facta fuit vnio vsque ad præsens tanquam de beneficio vnito.*
*Item ex possessione beneficij sibi per sententiam vigore vnionis adiudicati. nu. 22.*
*Item ex instrumento apprehensæ possessionis de beneficio, cui factum est vnio, in quo datur etiam possessio beneficij annexi. nu. 23.*
*Item ex pluribus, & successiuis deputationibus Vicariorum. nu. 24.*
*Item ex testibus deponentibus de decimatione in vim incorporationis. n. 25.*
*Item ex enunciatiuis antiquis in literis*

*Apostolicis. nu. 26.*
*Item ex absolutionibus beneficij annexi. nu. 27.*
*Ampliatur nu. 28.*
*Item ex locationibus, seu concessionibus factis per Rectorem, cui facta est vnio. nu. 29.*
*Item ex obseruantia 40. annorum. nu. 30.*
*Item ex verbo, vnimus, in literis vnionis apposito. nu. 31.*
*Item ex annuo censu, seu præstatione à Vicarijs pro tempore soluta Rectori, cui beneficium vnitum asseritur. n. 32.*

33 *Vnionis non effectuatio ex quibus probata dicatur. item nu. 34. 35.*

36 *Spolij actio datur contra institutum ab Ordinario, seu prouisum Apostolicum, si prouisio fuit facta post vnionis effectuationem.*

37 *Præsentatio facta ad beneficium patronatus, quod fuit vnitum, post vnionis effectuationem vnioni non præiudicat.*

38 *Si vnio fuerit effectuata, per lapsum longissimi temporis inducitur præsumptio validitatis, maximè iuncta obseruantia. num. 39.*

40 *Vnio effectum sortita non comprehenditur sub regula reuocatoria vnionum.*

AD quam ad materiam regulæ reuocatoriæ vnionum, quæ non sunt effectuatæ, accedamus, præmittemus etiam, quando vnio effectuata dicatur, & quomodo probetur effectuatio.

1 Igitur effectuata dicitur vnio per vacationem beneficij vniti, & realem possessionis apprehensionem. *decis. 402. nu. 1. part. 4. recent. & decis. 446. nu. 22. & decis. 448. n. 7. ead. part. 4. tom. 2.*

2 Ideo vnio facta post cessum, vel decessum possidentis beneficium non potest dici effectuata ante illius mortem cum eius effectuatio suspendatur, donec viuit. *decis. 627. nu. 3. part. 3. recent. & decis. 446. nu. 9. part. 4. tom. 2.*

Nisi

Nisi obtinens beneficium liberè cedat beneficio, & possessioni ad fauorem vnionis. *decis. 352. nu. 4. part. 9. & decis. 145. nu. 9. part. 7. recent. Buratt. decis. 857. nu. 10. & seq.* vbi quod si beneficium vacet per liberam cessionem, per quam resignans amittit ius, & possessionem, beneficium cessum dicitur vacare de iure, & de facto, & remanet incorporatum beneficio, cui fuit vnitum.

3 Quod si vnio fuit restricta ad casum vacationis, & beneficium resignetur ad fauorem certæ personæ, per huiusmodi resignationem vnio non dicitur effectum sortita, quia tunc beneficium non dicitur propriè vacare, sed solùm vacare,

4 vt conferatur resignatario. *decis. 300. nu. 10. part. 8. recent. Gregor. XV. decis. 159. nu. 5. & ibi Add. nu. 8.* vbi quod clausula per cessum apposita in vnione non purificatur per resignationem factam ad fauorem.

5 Multò magis quando in prouisione resignatarij adest clausula suspensiua quarumcumque vnionum, quæ siue sit apposita in literis, siue in supplicatione, transfert effectum vnionis in tempus mortis resignatarij. *decis. 38. num. 3. part. 1. recent. & d. decis. 300. nu. 11. part. 8. cum adductis per Add. ad Gregor. XV. d. decis. 159. nu. 9.*

6 Ad hoc tamen, vt vnio effectuata dicatur, requiritur non solùm obitus possessoris, sed etiam quod vnio fuerit acceptata, & capta possessio præbendæ vnitæ, vt dictum est ab initio. *dec. 36. nu. 3. par. 4. tom. 2. recen. & dec. 371. nu. 12. par. 9.* vbi quod vnio sine possessione non dicitur effectum sortita. *Emin. Ottbobon. dec. 261. nu. 9.* Quod procedit, & in dismembratione. *decis. 684. nu. 10. par. 4. tom. 3. rec. & dec. 139. nu. 5. par. 6.*

7 Acceptata autem dicitur vnio, & capta possessio, si fructus beneficij vniti fuerint percepti. *d. dec. 36. nu. 6. & dec. 90. nu. 8. par. 4. tom. 2. recen.*

8 Sed antiqua Rota sensit, non esse necessariam fructuum perceptionem, vt vnio dicatur effectuata, prout in Causa *Perusina Beneficij 1. April. 1596. coram Blanchetto, quam refert Garc. de benef. par. 12. cap. 2. nu. 290. & seq. & idem tenuit moderna Rota dec. 305. num. 20. par. 11. recen.*

9 Principalem conclusionem, videlicet, vt vnio dicatur effectuata, acceptationem requiri, & possessionis apprehensionem, limita si vnio sit facta cum clausula ex nunc prout ex tunc, quæ operatur vt in eodem vacationis instanti dicatur vnio effectum sortita, & ius illi in re aquisitum, cuius fauore vnio emanauit. *d. dec. 36. nu. 4. par. 4. tom. 2. recen.*

Hinc si vnio facta fuerit pro erectione Canonicatus cum clausula ex nunc prout ex tunc, statim secuta vacatione vnio censetur effectum sortita a die gratiæ, non expectata alia erectione. *Cauaier. dec. 449. nu. 8.*

10 Declara, vt hæc procedant, quatenus vacatio contigerit in vita Pontificis concedentis, secus verò si post illius mortem, quia tunc vnio non dicitur effectum sortita, etiamsi in literis vnionis adsit clausula ex nunc prout ex tunc, cum in regula reuocatoria huic clausulæ expressè derogetur. *Emin. Ottbob. d. dec. 261. nu. 11.*

11 Cæterum vnionis effectuatio tamquam quid facti non præsumitur, sed est probanda. *dec. 627. num. 3. par. 3. recen. Verall. dec. 11. nu. 5. par. 1. Pen. dec. 1379. nu. 3.*

12 Et quidem probari debet effectuatio, antequam regula reuocatoria emanaret. *dec. 50. nu. 13. par. 7. recen.*

13 Limita quando beneficia, quæ fuerunt vnita, vnionis tempore possidebantur ab ipsa Ecclesia, cui facta est vnio: quia tunc possessio continuata præsumitur, nisi doceatur de interruptione, & consequenter vnio statim effectuata censetur. *Cauaier. dec. 408. nu. 4.*

14 Item limita, si per longam annorum seriem vnio obseruata fuerit, quia præsumitur etiam anteriori tempore vsque

à sui

à sui principio effectuata. *dec. 236. nu. 22. par. 9. recen.* vbi etiam, quod præ-
15 sumpta effectuatio in materia excedente centum annos est sufficiens, *vt in dec. 282. nu. 1. 2. par. 3. diuers. & dec. 254. nu. 6. par. 7. recen.*

16 Item limita, si vnio fuerit in parte effectuata, videlicet quoad aliqua ex pluribus beneficijs, siue Ecclesijs vnitis, quia tunc præsumitur effectuata etiam quoad alia. *Cauaier. d. dec. 408. nu. 6. & dec. 449. num. 7. & dec. 500. nu. 5. Duran. dec. 87. nu. 9. Dunozet. dec. 525. num. 7. & par. 6. recen. decis. 221. nu. 7. & par. 9. dec. 203. num. 6. & dec. 211. nu. 5.*

Præsertim si plurium Ecclesiarum vnio sub vnica oratione concepta fuerit. *dec. 196. nu. 10. par. 7. & d. decis. 203. nu. 7. par. 9. recen.*

17 Sublimita, si vigeat diuersa ratio, propter quam ab effectuatione in parte non liceat arguere ad effectuationem in totum. *Pen. dec. 1379. nu. 4.*

18 Similiter limita, si probetur effectuatio vnionis in aliquo actu, quia in omnibus effectuatio iustificata præsumitur. *dec. 203. nu. 5. par. 9. tom. 1. recen.* vbi quod solus actus possessorius præsentationis probat effectuationem vnionis, licet alij actus non probentur, veluti perceptio redituum, & similes. Et ratio est, quia ad hunc effectum non requiritur probatio omnium effectuũ, qui ab vnione sequuntur, sed sufficit, aliquem fuisse probatum, cum propter titulum vniuersalem vnionis ex vnico actu aquiratur possessio quoad omnes alios ab eadem causa deriuantes *d. dec. 203. nu. 4. & dec. 330. num. 13. par. 9. recen. Seraph. dec. 1047. nu. 1. 2. Add. ad Gregor. XV. dec. 557. Manti. dec. 320 nu. 6.* vbi quod magis inspicitur causa facti, quam ipsum factum, & eius exercitium.

19 Quod siquis in non effectuatione se fundet, debet illam concludenter probare. *dec. 99. n. 21. par. 7. recen.* Prout siquis dicat, non adimpletum fuisse modum, sub quo facta fuit vnio, debet probare, cum gratia vnionis sit perfecta, licet resolubilis in euentum conditionis, seu modi: ideo excipienti con-
20 tra eum, qui habet fundatam suam intentionem, incumbit onus probandi suam exceptionem. *Mohedan. dec. 7. de exception.*

21 Vnionis autem effectuatio multifariam probatur: & primo ex prouisionibus subsecutis tamquam de vnito, ex quibus apparet, vnum post obitum alterius fuisse prouisum iuxta *cons. Oldr. 229. nu. 12.* quod Rota passim secuta est, *vt testatur Cauaier. dec. 373. nu. 1. Seraph. dec. 1459. nu. 8. Comitol. dec. 9. nu. 7. Pen. dec. 30. nu. 7.*

22 Secundo probatur ex possessione beneficij sibi vigore vnionis per sententiam adiudicari. *Comitol. d. dec. 9. nu. 5. & recen. par. 10. dec. 361. nu. 3. & par. 11. dec. 224. nu. 6.* vbi quod vnio effectum sortita fuisse conuincitur, si per sententiam fuit executioni demandata.

23 Tertio ex instrumento possessionis apprehensę de benefitio, cui facta est vnio, in quo dicitur, quod datur possessio etiam beneficij annexi. *Buratt. dec. 857. in princ.*

24 Quarto ex pluribus, & successiuis deputationibus Vicariorum. *Duran. dec. 303. n. 5. & recen. par. 2. dec. 274. nu. 10.*

25 Quinto ex testibus deponentibus de decimatione in vim incorporationis. *decis. 30. nu. 10. part. 6. recent.*

26 Sexto ex enuntiatiuis antiquis in literis Apostolicis, in quibus referuntur effectuatio vnionis, & possessio, vel quasi Ecclesiæ vnitæ, siue iuris præsentandi ad Ecclesiam vnitam absque concursu. *decis. 352. nu. 5. part. 4. recent. & part. 7. decis. 145. nu. 10.* & præcipuè concurrentibus adminiculis, prout in dictis decisionibus.

27 Septimo ex alienationibus bonorum beneficij annexi. *Buratt. decis. 857. nu. 3.* Amplia, etsi instrumenta, in qui-
28 bus enuntiatur apprehensa possessio, vel alienatio bonorum beneficij vniri, videantur non esse in forma probanti,

sed adsit obseruantia dd. Instrumentorum *Buratt. decis. ead. nu. 5.*

29 Octauo ex locationibus effectum sortitis, & concessione alicuius Capellæ existentis in Ecclesia annexa, factis per Rectorem benefitij, cui facta est vnio. *Buratt. decis.* 734. *nu.* 4.

30 Nono ex obseruantia vnionis per 40. annos, quia benefitij status per 40. annos legitimè præscribitur. *Buratt. d. decis.* 857. *nu.* 6. *cum ibi alleg.*

31 Decimo ex verbo, vnimus, in literis vnionis apposito, quod importat incorporationem tunc temporis factam fuisse, & de eo tempore effectum sortitam. *decis.* 374. *nu.* 16. *part.* 9. *recent.*

Non obstante clausula, cum primum benefitia per cessum vel decessum obtinentium vacare contigerit, quia dicta clausula non suspendit effectum, & per sectionem, sed tantum executionem vnionis. *decis. ead. num.* 17. Quod tamen intelligendum de ipsa perfectione vnionis, quæ non suspenditur per dictam clausulam, secus de effectuatione, quæ bene suspenditur *ex supra not. nu.* 2. & executionis nomine designatur. *d. decis.* 374. *nu.* 17.

32 Vndecimo Vnionis effectuatio probatur ex annuo censu, seu præstatione à Vicarijs pro tempore soluta Rectori, cui benefitium vnitum asseritur, nam benè vnioni congruit, quod Prælatus vel Rector principalis assignet Vicario pro congrua bona Parochialis vnitæ, reseruato sibi eorum loco annuo censu vel responsione. *decis.* 758. *nu.* 5. *part.* 1. *diuers. & decis.* 330. *nu.* 20. *part.* 9. *recent. cum supra alleg. cap.* 11.

33 Econtra non effectuatio probata dicitur, si vacatio contigerit post mortem Pontificis concedentis. *Emin. Ottho. decis.* 261. *nu.* 8. *Merlin. decis.* 49. *n.* 7.

34 Item quando constat benefitium fuisse possessum vti liberum, & separatum. *Pen. decis.* 704. *nu.* 3.

35 Vel quando constat, fuisse à Sede Apostolica collatum in titulum. *Pen. decis.* 1379. *nu.* 2.

36 Declara, dummodo non sit probata effectuatio vnionis ante collationem, quia si post effectuationem benefitium vti liberum ab Ordinario seu Papa collatum fuerit, talis prouisio dicitur spoliatio, cuius occasione datur actio spolij contra institutum ab Ordinario, seu prouisum Apostolicum. *Comitol. dec.* 9. *nu.* 12. *& seq.* vbi quod intentio Papę non fuit ius validæ vnionis perimere, nec est nouum quod aliquis ex prouisione Apostolica dicatur spoliare.

37 Similiter si post effectuationem vnionis benefitij de iure patronatus, quod de consensu patronorum fuit vnitum, facta fuerit præsentatio ad benefitium vnitum, ea non præiudicat vnioni precedenti: quia talis præsentatio fieri non potuit ad benefitium, quod per vnionem extincto titulo effectum fuerat prædium benefitij, cui fuit vnitum. *Comitol. d. dec.* 9. *in princ. & nu.* 8. 9.

38 Pro Coronide nota, quod posita vnionis effectuatione per lapsum longissimi temporis inducitur præsumptio validitatis. *dec.* 334. *n.* 7. *par.* 10. *recen. Buratt. dec.* 734. *nu.* 6

39 Maximè iuncta obseruantia, quæ probat validitatem vnionis. *d. dec.* 334. *nu.* 8. *post Seraph. dec.* 1432. *nu.* 4.

40 Item nota, quod vnio effectum sortita non comprehenditur sub regula reuocatoria vnionum, vt in cap. seq. fusius explicabitur.

---

## De Regula 13. Cancellarię, qua vniones non effectuatę reuocantur.

## CAP. XV.

### *SVMMARIVM.*

1 *Regula* 13. *Cancellariæ reuocat omnes vniones, applicationes, & dismembrationes, quæ effectum non sint sortitæ: & quare inuenta. nu.* 3.

2 *Vnionis non effectuatæ non releuant, & perinde est, ac si non emanassent.*

4 Regula reuocatoria vnionum procedit, etiamsi vnio habeat clausulas amplissimas, & derogatorias ad futuras regulas.

Et etiamsi in vnione adesset decretum, vt ex tunc haberetur pro effectuata. num. 5.

Et etiam in vnionibus per viam contractus ordinatis. nu. 6.

Et etiamsi vnio fuerit per Papam ignarum non effectuationis confirmata. nu. 7. Secus si Papa id sciuerit, & tamen eam confirmauerit. nu. 8.

Et procedit etiam in præbendis, & Canonicatibus suppressis, & incorporatis mensæ Capitulari, etiamsi essent Canonicatus ad nutum amouibiles. num. 9.

10 Regula reuocatoria procedit etiam in dismembratione fructuum secundum modernas regulas, secus secundum antiquas.

11 Vnio non effectuata viuente Pontifice qui vnionem fecit, reuocatur per regulam.

12 Regula reuocatoria comprehendit etiam vnionem validam.

Et comprehendit etiam vnionem factam pro augumento cultus diuini, si augumentum non sit ex causa necessaria. nu. 13.

14 Regula reuocatoria non habet locum in vnionibus effectum sortitis.

15 Effectuatio ad effectum euadendi regulam reuocatoriam probatur ex Instrumento possessionis captæ.

Et sufficit ad hunc effectum possessio capta per procuratorem cum mandato præsumpto. nu. 16.

Et ex quibus mandatum præsumatur nu. 17.

18 Regula reuocatoria non comprehendit vniones in parte effectum sortitas: & quare. nu. 19.

Limita, si non vnica vnio plurium benefitiorum, sed plures ac distinctæ factæ fuerint. nu. 20.

21 Vnio vnica, an plures vniones factæ fuerint, ex quibus colligatur. Item nu. 22. 23.

24 Vniones factæ iuxta formam Conc. Trid. excipiuntur expressè in regula reuocatoria vnionum.

25 Conc. Trid. dat facultatem vniendi ex causa paupertatis, & alijs à iure permissis.

26 Vniones vbi sunt factæ non seruata forma Concilij præcisa necessitas requiritur, idest talis vt aliter Ecclesiæ seruitium haberi non possit. & nu. 34.

27 Vniones pro commodiori sustentatione, & augumento factæ in regula reuocatoria expressè comprehenduntur.

28 Regula reuocatoria non comprehendit vniones ex causa necessaria factas.

29 Vnio facta loco pio, vel Conuentui, quia pauperes, vel Monaci non poterant sustentari, non reuocatur per regulam vti facta ex causa necessaria.

Similiter nec vnio facta propter indigentiam seruitij in Ecclesia. nu. 30.

31 Necessitatem vnionis probare tenetur, qui in ea se fundat ad euitandam regulam reuocatoriam.

Limita, & declara vt nu. 32. 33.

34 Necessitas præcisa quoad ipsam Ecclesiam, non autem quoad Benefitiatos requiritur, idest talis, vt propter tenuitatem redituum non reperiantur, qui velint benefitium acceptare, & Ecclesiæ inseruiri, & hanc opinionem constanter tenuit Rota.

35 Dec. 91. num. 8. & 9. part. 9. recent. cautè accipienda.

36 Necessitas moralis sufficit ad euitandam regulam reuocatoriam, sed considerata respectu Ecclesiæ, non autem personarum.

37 Regula non comprehendit vniones factas in diuini cultus augumentum, & quare nu. 38. 39.

40 Vnio facta pro constitutione dotis in erectione Monasterij, benefitij, vel dignitatis non reuocatur, vti facta in augumentum diuini cultus, & quia, non reuocata per regulam erectione, nec vnio potest dici reuocata.

Declara, vt procedat data validitate erectionis. nu 41.

Item declara, vt procedat in vnione fa-

*Et a pro dote necessaria. nu. 42.*

43 *Vnio pro constituenda dote Ecclesia in Collegiatam erecta non reuocatur per regulam.*

*Amplia vt nu. 44. 45. 46.*

47 *Vnio facta in augumentum diuini cultus non reuocatur per regulam, non modo si vnio facta sit pro dote, sed etiam si fiat pro augumento dotis.*

*Declara, vt procedat, quatenus augumentum non sit ad maiorem commoditatem, sed ex causa necessaria. num. 49.*

48 *Vnio facta ob tenuitatem canonicatuum ad hoc, vt Ecclesia seruitium Canonici decentius praestare possint, non reuocatur per regulam.*

50 *Necessitas augumenti dotis ex quibus deducatur, vel excludatur, adeout ex causa necessaria, vel pro maiori commodo vnio censeatur facta. Item num. 51.*

52 *Vnio facta pro augumento dotis per regulas antiquas non reuocabatur, secus per modernas qua sunt strictiores antiquis.*

53 *Regula reuocatoria non procedit, quando vnio facta est ex titulo permutationis, vel alio titulo oneroso.*

*Nec quando vnus ordo Religiosorum in totum supprimitur, & eius beneficia alteri vniuntur. nu. 54.*

*Nec procedit in vnionibus factis pro fundatione, seu dotatione, augumento, vel conseruatione Collegiorum ad fidei Catholica defensionem, & propagationem, & bonarum artium cultum institutorum. nu. 55.*

*Nec quando vnio habet tractum successiuum in eum casum, quo beneficia vacare contigerit. nu. 56.*

*Nec in vnionibus factis de beneficijs, qua tempore vnionis vacabant. num. 57.*

*Nec in vnionibus factis per Ordinarium. nu. 58.*

*Nec in pensionibus, etiamsi perpetuò applicata fuerint. nu. 59.*

1 Er regulam 13. Cancellariæ reuocantur omnes vniones annexiones, suppressiones, extinctiones, applicationes, & dismembrationes de quibusuis Ecclesijs, & beneficijs, quæ suum non sint sortitæ effectum. *Mantic. decis. 335. nu. 5. Eminentiss. Cels. decis. 282. n. 16. Eminentiss. Ottbob. decis. 261. nu. 7. & part. 4. tom. 2. rec. decis. 446. nu. 1. 7. 17. & decis. 448. nu. 3. & decis. 485. nu. 26. & tom. 3. decis. 614. nu. 61. & par. 9. decis. 330. nu. 11. & decis. 337. nu. 21. & decis. 371. nu. 13.* vbi quod

2 vniones huiusmodi non releuant, & perinde est, ac si non emanassent, vt dictum fuit *apud Caualer. decis. 403. ante num. 1.*

3 Et dicta regula fuit inuenta, quia per vniones diminuitur cultus diuinus, & facultas conferendi. *Crescen. decis. 1. n. 3. de paroch. Seraph. decis. 982. n. 2. & recent. part. 4. tom. 3 dec. 614. nu. 65. & part 9. decis. 91. nu. 19. 20.*

4 Amplia, vt regula procedat, etiamsi vnio haberet clausulas amplissimas, & derogatorias ad futuras regulas. *decis. 627. nu. 2. part. 3. recent. & d. decis. 371 nu 14 part. 9.*

5 Amplia secundo, etiamsi in vnione adesset decretum, vt ex tunc haberetur pro effectuata, quoniam regula expressè derogat etiam vnionibus habentibus huiusmodi decretum. *decis. 446. num. 27. part 4. tom. 2. rec.* vbi etiam quod in antiquis regulis non legebatur hæc clausula. *& Eminentiss. Otthob. d. decis. 261. nu. 11.*

6 Amplia tertio, vt procedat etiam in vnionibus per viam contractus ordinatis. *decis. 1136. per tot. part. 3. lib. 3 diuers. Mohedan. decis. 6. de priuil. per tot. Pute. decis. 50 nu. 1. & seqq. lib. 1.* vbi quod licet in generali reuocatione non veniat reuocatio eius, quod fuit factum per viam contractus, attamen id procedit, vbi interuenit verus contractus, quod in materia beneficiali cadere non potest inter Principem, & sub-

subditum; cum ista expediantur per viam gratiæ: & licet interueniat compositio, semper tamen dicitur gratia.

7 Amplia quarto, etiamsi vnio, quæ non habuit effectum, fuerit per Papam ignarum de non effectuatione confirmata: quia confirmatio nihil releuat, maximè si in confirmatione adsit clausula, dummodo in vsu esset. *decis.* 608. *num.* 25. *& seqq. part.* 4. *tom.* 3. *recent.*

8 vbi tamen contrarium resoluitur, si Papa habuerit certam scientiam, quod vnio non esset effectuata, & tamen eam confirmauerit.

9 Amplia quinto, vt regula procedat etiam in præbendis, & canonicatibus suppressis, & incorporatis mensæ Capitulari, etiamsi essent Canonicatus ad nutum amouibiles. *Mohedan. de consil. decis.* 2. *nu.* 1.

10 Amplia sexto vt procedat etiam in dismembratione fructuum quæ pariter debet esse effectuata, aliter reuocatur per regulam. Ita tenet Rota secundum modernas regulas in *decis.* 757. *nu.* 2. *part.* 3. *& decis.* 446. *num.* 21. *part.* 4. *tom.* 2. *recent. & decis.* 614. *nu.* 62. *ead. part.* 4. *tom.* 3. Etsi aliter senserit secundum regulam antiquam ea ratione quod per dismembrationem non læditur facultas conferendi, *apud Seraph. decis.* 982. *nu.* 2. *& d. decis.* 446. *n.* 20. *part.* 4. *tom.* 2. *& decis.* 614. *num.* 63. *part.* 4. *tom.* 3. *rec.*

11 Amplia septimo, etiamsi vnio prætenderetur effectuata, sed post mortem Pontificis qui vnionem fecit, quia vnio non effectuata durante Pontificatu illius qui vniuit, reuocatur per regulam superuenientem reuocatoriam vnionum. *Merlin. decis.* 49. *num.* 8. *par.* 12. *recen. dec.* 46. *nu.* 5. *cum ibi allegatis.*

12 Amplia octauo, etiamsi vnio aliàs esset valida, quia regula vniones etiam validas infringit, nisi effectuatæ, vel auctoritate Sac. Conc. Tridentini, vel ex causa necessaria factæ fuerint. *dec.* 337. *nu.* 38. *par.* 9. *recen. & dec.* 174. *nu.* 8. *par.* 10.

13 Amplia nono, etiamsi vnio sit facta pro augumento Diuini cultus, seu ampliatione dotis, aut mensæ Capitularis, quando augumentum non fit ex causa necessitatis, *vt in dec.* 371. *nu.* 15. 16. *par.* 9. *rec. cum infra allegatis nu.*

14 Limita eamdem regulam, vt non habeat locum in vnionibus iam effectum sortitis. *dec.* 90. *nu.* 7. *par.* 4. *tom.* 2. *recen. & dec.* 145. *nu* 12. *& dec.* 174. *nu.* 9. *par.* 7. *& dec.* 305. *nu* 7. *par.* 11. *Coccin. dec.* 1. *num.* 10. Regula enim excipit beneficia, de quibus fuit dispositum, & consequenter non capit beneficia vnita, de quibus satis dicitur dispositum per vnionem prius factam. *Seraph. decis.* 1011. *nu.* 5.

15 Effectuatio autem ad hunc effectum probatur ex instrumento possessionis captæ. *d. decis.* 90. *n.* 7. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* Præsertim quando etiam fructus fuerunt percepti per multos annos. *decis. ead. nu.* 8.

16 Et sufficit possessio capta per procuratorem cum mandato præsumpto, videlicet ex præsumptionibus, & obseruantia elicito. *decis.* 305. *nu.* 8. *par.* 11. *recent.*

17 Præsumptio autem mandati ad hunc effectum deducitur ex exhibitione instrumenti vnionis, & eò magis si procurator erat Canonicus eiusdem Ecclesiæ, qui vti talis etiam sine mandato agere potuit nomine suæ Ecclesiæ ad illius vtilitatem. *decis. ead. n.* 9.

18 Secundo limita eamdem regulam, vt neque vniones in parte effectum sortitas comprehendat; & ideo si Papa vniuerit plura beneficia, effectuatio quoad vnum inducit effectuationem

19 etiam quoad reliqua: & hoc ex intentione Papæ vnientis, quæ est indiuidua, non enim posset Papa suam intentionem consequi ex vnione partis beneficiorum, & ideo successor non censetur reuocare vniones, quæ in parte effectum habuerint. *Caualer. decis.* 408. *nu.* 6. *& decis.* 449. *nu.* 7. *& decis.* 500. *nu.* 5. *Merlin. decis.* 524. *nu.* 3. *& part.* 2. *recent. decis.* 612. *num.* 4. *in fin. & part.* 4. *tom.* 2. *recent. decis.* 394. *n.* 12.

*& seqq. & ead. part. 4. tom. 3. decis. 608. nu. 32 cum adduct. per Add. ad decis. 576 nu. 99. & part. 6. decis. 109. nu. 3. 4. 12 & part. 7 decis. 196. nu. 8. & part. 10. decis. 361. nu. 4. cum relatis per Add. ad Gregor. XV. decis. 557. n. 9. & per Garz. de benef. part. 12. cap. 2. num. 294. & seqq.*

20 Sublimita, si facta non fuerit vnica vnio plurium benefitiorum, sed fint plures, ac distinctæ, quia tunc per effectuationem vnius non infertur ad effectuationem alterius. *d. decis. 196. n. 9. part. 7. recent.*

21 An verò vnica, vel plures vniones factæ fuerint, colligitur ex pluribus; nam si valor benefitiorum in vnam tantùm summam fuerit coacervatus, vnica tantùm vnio facta censetur. *decis. ead. nu 11. Cavaler. decis. 408. nu. 6. decis. 449 nu 7. & decis. 500 nu. 5.*, vbi quod vnitis pro dote pluribus benefitijs sub vnica expressione valoris vnica dos atq; vnio reputatur.

22 Item vnica censetur vnio, si dispositio vnica oratione, ac structura verborum pendente ab eodem verbo, vnimus, annectimus, & incorporamus, in fine ipsius orationis apposito concepta fuerit. *d. decis. 196. nu. 10 part. 7. rec.*

23 Si verò generalis vnio plurium benefitiorum facta fuerit, deinde singulæ vniones fuerint particulariter expeditæ, tunc non vna vnio, sed plures factæ censentur, quia tot sunt vniones, quot sunt literæ expeditæ. *dec. 354. num. 7. & seqq. par. 4. tom. 2 recen.*

Tertiò limita in vnionibus factis
24 iuxta formam Concil. j quæ per regulam excipiuntur *Cavaler dec. 449. nu. 2. Dunozett dec. 525. nu. 6. & par. 9. recen. dec. 281. nu. 16.*

25 Concilium autem Tridentinum dat facultatem vniendi ex causa paupertatis, & alijs, à iure permissis *sess 21 cap. 5. de reform. vt not. apud Gregor. XV. dec. 419. nu. 3. & Cavaler. d. dec. 449. nu. 2.*

26 Et vbi vniones sunt factæ non seruata forma Concilij præcisa necessitas requiritur, idest talis vt aliter Ecclesiæ seruitium haberi non possit. *decis. 281. nu. 22. & 31. & dec. 337. nu. 3. par. 9. recen. cum ibi allegatis, & infra nu. 34.*

27 Nam aliæ vniones pro commodiori sustentatione, & augumento factæ in ipsa regula reuocatoria expressè comprehenduntur, *vt in d. dec. 281. n. 23. 24. & infra. nu. 49.*

Quarto limita in vnionibus ex causa
28 sa necessaria factis, eas enim regula non comprehendit. *Achill. super regula reuocatoria vnion. dec. 12. nu. 4. & in vna Mediolanen. dismembrationis. 16. Nou. 1594. coram Orano, relata per Garz. de benef. par. 12. cap. 2. nu. 285. & recen. par. 6. dec. 109 nu. 17. & par. 8. dec. 206. nu. 6. par. 9. dec. 91. nu. 3. & dec. 337. nu. 4. 5.* vbi quod sicut regula excipit vniones auctoritate Sac. Concilij Tridentini factas, ita etiam excipere censetur vniones ex causa necessitatis, cum necessitas sub lege non cadat.

29 Hinc vnio facta loco pio vel conuentui, quia pauperes vel Monaci non poterant sustentari, non reuocatur per regulam vti facta ex causa omnino necessaria. *Achill. d. dec. 12. nu. 1. 2. Verall. dec. 42. nu. 3. par. 3. Gregor. XV. dec. 419. nu. 3. Cavaler. dec. 403. n. 14*

30 Similiter non reuocatur vnio propter paupertatem, & indigentiam seruitij in Ecclesia. *Cavaler. dec. 449. nu. 3. & dec. 202. num. 6. par. 8. rec.* vbi quod vnio facta dignitatibus propter tenuissimos reditus non subiacet regulæ reuocatoriæ, tamquam facta ex causa necessaria. *& dec. 91. num. 1. par. 9. recent.* vbi quod vnio facta pro augumento distributionum insufficientium pro sustentatione benefitiatorum dicitur ex causa necessaria, ne scilicet ob earum tenuitatem seruitium Ecclesiæ negligerent. Congruunt infra not. *nu.* 48. cum declaratione tamen de qua *nu. seq.*

31 Vnionis autem necessitatem probare tenetur, qui in ea se fundat, & prætextu necessitatis regulam reuocatoriam

tiam euitare praetendit, dec. 174. n. 3. par. 10. recen.

32 Nisi in literis Apostolicis vnionis adsit clausula sublata, & decretum irritans, quia tunc in vnione se fundans releuatur ab onere probandi necessitatem, prout generaliter, & in alijs materijs, stantibus dictis clausulis, narratiuæ non sunt iustificandæ. Quod tamen

33 men procedit, quatenus adsit alia clausula, vt de obreptione, vel subreptione dari non possit. Caualer. decis. 449. nu. 5. & d. decis. 174. nu. 4. 5. 6. pars. 10. recen.

34 Et quidem præcisa necessitas quoad ipsam Ecclesiam, non autem quoad Benefitiatos requiritur, idest talis, vt propter tenuitatem redituum non reperiantur qui velint beneficium acceptare, & Ecclesiæ inseruire. Caualer. dec. 403. per tot. & recen. par. 9. decis. 281. num. 21. 22. 23. 33. vbi quod si vniones non sint factæ seruata forma Concilij semper requiritur præcisa necessitas, idest talis vt aliter Ecclesiæ seruitium haberi non possit. Quam opinionem constanter tenuit Rota, vt ex pluribus allegatis per Add. ad dec. 576. nu. 81. par. 4. tom. 3. rec. & dec. 337. nu. 2 3. 20. 21. 22. 30. par. 9. & dec. 53. n. 1. & seqq. par. 10. vbi quod si alia necessitas attendenda esset, regulæ reuocatoriæ vnionum essent frustratoriæ, quia vnio semper dici posset facta pro commodiori sustentatione, & indigentia inseruientium.

35 Vnde cautè accipienda est. decis. 91. nu. 8. 9. par. 9. recent. vbi quod necessitas non semper capitur vt quis cogatur mendicare, nec pro necessitate præcisa;

36 Nam sufficit quidē necessitas moralis, sed considerata respectu Ecclesiæ, non autem personarum, cum non attendatur, an titularis egeat curru, vel famulis, sed an Ecclesia seruitium destituatur ob tenuitatem redituum, vt non reperiatur, qui Ecclesiæ velit inseruire, vt dictum fuit in decis. 174. n. 2. & decis. 275. nu. 7. part. 10. & decis. 53. nu. 5. part. 11. recent.

37 Quinto limita, vt regula non comprehendat vniones factas in diuini cultus augumentum, quia in dispositione

38 generali reuocatoria non est credendum, quod disponens voluerit comprehendere ea, quæ concernunt augumentum diuini cultus. Mohedan. decis. 7. de priuil. Caualer. decis. 449. n. 3. 4. & decis. 1143. part. 3. libr. 3. diuers. cum not. per Add. ad Buratt. decis. 734. num. 12.

39 Et cum regula habeat in ventre præseruationem vnionum factarum auctoritate Concilij, & per Concil. um. Tridentinum detur facultas vniendi ex causa paupertatis, & alijs à iure permissis. Gregor. XV. decis. 419. nu. 3. consequenter censetur præseruata vnio facta in augumentum diuini cultus, quia causa paupertatis, & necessitatis in diuini cultus augumentum de iure est sufficiens. Caualer. decis. 449. n. 2. 3.

40 Hinc vnio facta pro constitutione dotis in erectione Monasterij, beneficij, vel dignitatis non reuocatur, tum quia facta in augumentum Diuini cultus, tum quia non reuocata per regulam erectione, quæ est gratia principalis, etiamsi erectio non sit effectuata, non potest dici propter ineffectuationem reuocata vnio, quæ est accessoria. Crescen. decis. 3. de Paroch. Seraph. dec. 982. nu. 1. Buratt. dec. 734. n. 9. vbi Add. nu. 11 & dec. 787. num. 1. Caualer. dec. 449. nu. 6. Duran. decis. 285. num. 75. & recen. par. 4. tom. 2. dec. 485. nu. 28. & seqq.

41 Declara hæc procedere data validitate erectionis, secus si erectio non sit valida, quia tunc reuocata erectione etiam vnio censetur reuocata, dec. 7. nu. 7 par. 6. recen.

42 Item declara prædicta procedere in vnione facta pro dote necessaria, vt loquitur decis. Caualer. 435. nu. 3. & Seraph. decis. 982. nu. 1. & dictum fuit in vna Abulen. & in alia Toletana, relatis per Garz. de benef. part. 12. cap. 2. nu. 283. & seq. vbi quod si causa non est

est necessaria, vnio ex quacunque causa facta reuocatur, *vt apud Achill. decis. 12. nu. 4. super reg. reuoc. vnion.*

43 Similiter non reuocatur vnio pro constituenda dote Ecclesiæ in Collegiatam erectæ: quia ratio regulæ quæ est, ne per suppressionem diminuatur cultus diuinus, cessat, quando fit vnio in augumentum eiusdem diuini cultus, quod augumentum necessariò resultat ex erectione Parochialis in Collegiatam, cum Ecclesiæ, cui deseruiebatur per duos, post erectionem in collegiatam per plures deseruiatur. *Crescen. decis. 1. per tot. de paroch. Caualer. decis. 535. nu. 3. Add. ad Buratt. decis. 734. nu. 12. & part. 4. tom. 2. rec. decis. 57. nu. 1. & decis. 448. n. 4. & decis. 608. num. 30. & par. 6. decis. 109. nu. 14 & seq.*

44 Quod procedit, etiam si ecclesia antea haberet dotem sufficientem pro statu parochiali, quæ tamen non sufficeret ad numerum canonicorum, & præbendarum, qui postea in erectione collegiatæ fuerunt additi. *Caualer. d. decis. 435. nu. 3.*

45 Item procedit limitatio, siue vnio facta sit pro dote beneficij iam erecti, siue pro dote in ipsa beneficij erectione. *Seraph. d. decis. 982. nu. 1. Caualer. decis. 449. nu. 6. Buratt. d. decis. 734. nu. 9. & ibi Add. nu. 12.*

46 Immo vbi vnio facta fuit pro dote in limine erectionis ipsius beneficij, non est probandum dotationem fuisse omnino necessariam, prout, videtur sensisse. *Rot. apud Buratt. decis. 787. n. 1.* & hoc ratione supra adducta, quod sicut non reuocatur erectio, ita nec vnio accessoria. *Buratt. vbi supra Caualer. d. decis. 449. num. 6. cum supra alleg.*

47 Item procedit limitatio non modo si vnio facta sit pro dote, sed etiam si fiat pro augumento dotis. *decis. 109. nu. 14. part. 6. recent.*

48 Hinc vnio facta ob tenuitatem canonicatuum ad hoc vt Ecclesiæ seruitium canonici decentiùs peragere possint, non comprehenditur sub regula. *decis. 174. nu. 7. part. 7. recent. cum not. per Add. ad decis. 576 nu. 95. par. 4. tom. 3. recent. & decis. 202. num. 6. part. 8.*

49 Declara, vt procedat, quatenus augumentū non fit ad maiorem cōmoditatem, sed ex causa necessaria, aliud enim est quod vnio fiat propter augumentū necessariū cultus diuini, aliud pro commodiori sustentatione capitularium, seu benefitiatorum iuxta opinionem. *Rot. de qua in decis. 757. n. 4. part. 3. & decis. 109. nu. 15. part. 6. recent. & decis. 337. nu. 24. part. 9. & decis. 53. nu. 11. part. 11. & apud Emin. Ottbob. decis. 261. num. 15. & apud Caualer. decis. 403. n. 2. cum not. per Add. ad d. decis. 576. nu. 81. & 97. part. 4. tom. 3. rec. & per Add. ad Buratt. d. decis. 734. nu. 13. & in Lucana vnionis 15. Iunij. 1650. in princ. & §. fin. coram R. P. D. Celso.* vbi quod non solum requiritur Ecclesiæ necessitas, sed etiam quod illa sit talis, vt propter tenuitatem redditimm non reperiantur, qui velint Ecclesiæ inseruire prout in casu *decis. Caualer. 449. nu. 3.* vbi

50 cum vnio facta esset Ecclesiæ Cathedrali in qua erant sex tantum canonici cum tenuissimis redditibus, qui numerus non sufficiebat pro ministerio, & seruitio Ecclesiæ, dictum fuit talem causam esse necessariam: & in *decis. 1143. part. 3. libr. 3. diuers.* vbi quod regulæ reuocatoriæ non comprehendunt vnionem factam ex causa indigentiæ seruitij pro altero clerico retinendo. *Et in d. decis. 109. nu. 16. part. 6. recent.* vbi quod ex narratiua in litteris, quod collegiata aliàs insignis remanebat destituta seruitio, eo quia amiserat plures reditus, ideoque canonici, & cæteri Ecclesiæ inseruientes congruam non habebant sustentationem, bene probatur necessitas augumenti dotis prout dictum fuit in *d. decis. Caualer. 449 & in decis. 91. nu. 4. 5. part. 9. rec.*

51 Quòd si capitulum per priùs absque

d. vnio.

d. vnione se substentauerat, vnio pro maiori commodo, & non ex causa necessaria facta conuincitur. *Emin. Otthob. d. decis.* 261. *nu.* 14. *& Caualer. d. decis.* 403. *nu.* 2. vbi ex verbis litterarum, in quibus dicebatur, vt substentationi Prioris, & conuentus non modicum consuleretur exindeque ipsi diuinis laudibus commodiùs, & efficaciùs insistant: Rota argumentum deduxit, vt vnio pro commodiori sustentatione, & non ex causa necessaria facta esset. *& in decis.* 757. *nu.* 4. *part.* 3. *recent. cum allegatis in decis.* 91. *nu.* 7. *& decis.* 371. *num.* 16. *part.* 9. *& per Add. ad Gregor. XV. decis.* 419. *nu.* 6. *& per Add. ad Buratt. decis.* 734. *n.* 13. *& decis.* 53. *nu.* 4. *& seqq. part.* 11.

52 Item declara, vt vnio facta pro dote necessaria, & in augumentum diuini cultus non reuocetur secundum regulas antiquas; nam secundum regulas Modernas dubitauit Rota, an etiam huiusmodi vniones reuocentur in *decis.* 608. *nu.* 30. *& seq. part.* 4. *tom.* 3. *recent. & coràm Caualer. decis.* 403. dictum fuit, per modernas regulas expressè reuocari vniones factas etiam pro augumento dotis, vel pro conseruatione piorum, & religiosorum locorum, quod habetur, *& in decis.* 28 c. *n.* 24. *& 31. part.* 9. *rec.* vbi etiam quod regulæ Modernæ sunt longè strictiores antiquis; & in alijs *decis. sup. alleg. n.*

53 Quinto limita, vt regula non procedat, quando vnio facta est ex titulo permutationis, vel alio titulo oneroso. *Puteo decis.* 52 *n.* 2. *lib.* 1. *in antiq. & part.* 6. *recent. decis.* 30. *nu.* 12. *cum not. per Add. ad Buratt. decis.* 734. *num.* 14. *& Garz. de benef. part.* 12. *d. cap.* 2. *n.* 297.

54 Sexto limita, vt regula non habeat locum, quando vnus ordo Religiosorum in totum supprimitur, & eius beneficia alteri vniuntur. *decis.* 99. *n.* 22. *part.* 7. *recent. & in Tiraconen. prioratus* 17. *Februar.* 1595. *coràm Blanchetto de qua Gonzalez. Gloss.* 5. *§.* 7. *n.* 51. *& Garz. de benef. d. part.* 12. *cap.* 2. *nu.* 289. *in fin.*

55 Septimo Limita, vt regula non procedat in vnionibus factis pro fundatione, seù dotatione, augumento, vel conseruatione collegiorum ad fidei catholicæ deffensionem, & propagationem bonarumque artium cultum institutorum, vt clarè sonant verba regulæ. *Caualer. decis.* 411. *nn.* 4.

56 Octauo Limita, vt non procedat quando vnio habet tractum successiuum in eum casum, quo benefitia vacare contigerit, quia tunc non effectuatio non obstat. *Manti. decis.* 355. *& decis.* 359. *vbique nu.* 3.

57 Nono Limita, vt non procedat in vnionibus factis de benefitijs, quæ tempore vnionis vacabant, prout ex verbis litteralibus regulæ, quæ loquitur de vacaturis per cessum, vel decessum. *Buratt. decis.* 787. *in princ.*

58 Decimo Limita, vt regula non procedat in vnionibus factis per ordinarium, sed tantum in vnionibus factis per Papam, vt colligitur ex *Crescen. decis.* 3. *in princ. de paroch.* vbi quod regula reuocatoria vnionum exceptis illis, quæ per ordinarium fieri possunt, non videtur reuocare vnionem factam dignitati in illius erectione. Sed hæc limitatio videtur procedere secundum regulas antiquas, non autem modernas, in quibus non adest illa clausula, exceptis illis, quæ per ordinarium fieri possunt. *Vide Mandos. super d. regula q.* 6 *per tot.* vbi concludit, regulam comprehendere non solùm vniones Apostolicas, sed etiam ab Episcopis, siue alijs ordinarijs, vel legatis factas, & nō solùm vniones temporales, sed etiàm perpetuas, vt in ipsa regula exprimitur.

59 Vndecimo Limita, vt non procedat in pensionibus, etiamsi perpetuo applicatæ fuerint, quià verè non importent vnionem. *Amat. Dunozet. dec.* 290. *n.* 5.

---

Quomodo procedatur in materijs vnionum, si prouisus Apostolicus petat immissionem in beneficium, quod vnitùm prætenditur,

tur, vel agatur actione spolij aduersus prouisum, Item de stylo cancellariæ circa expeditionem vnionum.

## CAP. XVI.

### SVMMARIVM.

1 *Immissione in possessionem beneficij per prouisum Apostolicum petita, reo verò, & possessore de vnione d. beneficij excipiente, quomodo sit per Iudicem procedendum.*

2 *Prælato agenti pro restitutione ad possessionem beneficii, quod vnitum fuisse prætendit, exhibita vnione facta ab ordinario, vel confirmatione Apostolica, actio spolij competit.*

3 *Titulum coloratum ad effectum agendi spolio præbet vnio facta ab ordinario, item confirmatio Apostolica, item confessio partis aduersæ.*

4 *Titulus coloratus ad effectum agendi spolio dicitur, qui fuit obtentus ab habente auctoritatem.*

5 *Ordinarij prouisio stante præcedente vnione dicitur spoliatio. Similiter prouisio Papæ nu. 5.*

6 *Regula de triennali non suffragatur possessori aduersus agentem in spolio.*

7 *Titulum coloratum ad effectũ, vt reintegratio competat, præbet vnio etiam reuocata per superuenientẽ regulam.*

8 *Vnionum materiæ non expediuntur per cancellariam nisi adhibitis mandatis, & instrumentis postulationum.*

1 Si prouisus Apostolicus immissionem petat in possessionem beneficij, reus verò, & possessor excipiat de vnione dicti beneficij, & re vera detur aliquis fumus allegatæ vnionis, per aliquod breue tempus supersedendum est in executione immissionis, vt interim possessor possit iustificare vnionem, & ita seruat. *Rota iux. Andr. decis. 2. nu. 3.*

2 Sed si Prælatus agat pro restitutione ad possessionem beneficij, quod vnitum fuisse prætendit, & exhibeat vnionem factam ab Ordinario, vel confirmationem Apostolicam, actio spolij ei competit: quia vnio facta ab Episcopo præbet titulum coloratum ad effectum, vt Prælatus agere possit remedio possessorio, etsi ipse nunquam possederit beneficium; cum enim de iure habeat ordinarius facultatem vniendi, sequitur eius vnionem tribuere titulum coloratum, qui sufficit ad effectum spolij. *Comitol. decis. 1. per tot.* vbi etiam quod confirmatio Apostolica, item confessio partis aduersæ præbent titulum coloratum.

3 Et quod titulus coloratus ad hunc effectum dicitur, quando est obtentus ab habente auctoritatem. *Pute. decis. 216. nu. 1. lib. 2. & ad hoc Mohedan. decis. 3. per tot. de offic. Vicar.*

4 Nec obstat prouisio Ordinarij, quia stante vnione talis prouisio fuit spoliatio, cuius occasione datur actio spolij contra Ordinariũ *Comissol. dec. 9. n. 13.*

5 Similiter nec obstat prouisio Papæ, quia illius intentio non extitit ius validæ vnionis perimere, nec est nouum quod aliquis ex prouisione Apostolica dicatur spoliare. *Comitol. decis. ead. nu. 15. & 16.*

6 Similiter non obstat, si prouisus sit triennalis possessor; quia regula de triennali non suffragatur in spolio. *Comitol. d. decis. 1. n. 9. & decis. 9 n. 17.*

7 Pariter non obstat, quod titulus discoloretur per regulas reuocatorias vnionum, quatenus superuenissent antequam vnio effectum sortita esset: quia vnio licet reuocata præbet titulũ coloratum. *Comit. d. dec. 9. nu. 9.*

8 Postremo notandum quoad expeditionem vnionum, quod materiæ vnionum non expediuntur per cancellariam nisi adhibitis mandatis, & instrumentis postulationum. *Seraph. decis. 1432. num. 2.*

FINIS.



# INDEX RERVM.

## Et materiarum quę in hoc Tractatu

## DE BENEFITIORVM VNIONE

*CONTINENTVR.*

Bene-

*In*

Le-

Ne-

Ob-

In

De-

Se-

## T

necef-

## Vniendi.



## Vnio de benefitio pleno qualiter fiat.



## Vnio de benefitio reseruato.



 secus

**Vnio, an & quando ex præſcriptione procedat.**



**Vnionis nullitas ſeu validitas.**



Vnio

Vnio

FINIS.